SPECIMEN MEDICINÆ SINICÆ

sive

OPUSCULA MEDICA

ad Mentem

SINENSIUM,

Continens

I. De Pulsibus Libros quatuor è Sinico translatos.

II. Tractatus de Pulsibus ab erudito Europæo collectos.

III. Fragmentum Operis Medici ibidem ab erudito Europæo conscripti.

IV. Excerpta Literis eruditi Europæi in China.


V. Schemata ad meliorem præcedentium Intelligentiam.

VI. De Indiciis morborum ex Linguæ coloribus & affectionibus,

Cum Figuris æneis & ligneis:

Edidit

ANDREAS CLEYER Hasso-Cassellanus, U. M. Licent. Societ. Indiæ in nova Batavia Archiater, Pharmacop. Director & Chirurg. Ephorus.





FRANCOFURTI.

Sumptibus JOANNIS PETRI ZUBRODT.

ANNO M. DC. LXXXII.

NOBILISSIMIS & MAGNIFICIS,

Florentissimæ

ac

Universo orbe celeberrimæ

SOCIETATIS INDIÆ ORIENTALIS,

DOMINIS

PRÆFECTIS MAJORIBUS,

nec non

NOBILISSIMO AC STRENUISSIMO

DOMINO

GUBERNATORI GENERALI,

ut &

AMPLISSIMO

In India

SENATUI,

Opuscula hæc

MEDICINÆ SINICÆ

In grati animi humillimam testationem

L. M. D. C.

ANDREAS CLEYER.

In *Andreæ Cleyeri*, Medici doctissimi,

De Indiciis Morborum
ex

Pulsibus & Linguâ, ad Mentem *Sinensium*,

Sagacissimum Tractatum.

G*Raculus* esuriens, Arcanum hoc *Roma* superba,
Ægyptus nescit subdola, nescit *Arabs*:
Hactenus hoc toti Terrarum Fata negarunt
Orbi: est Ars soli Mystica nota Jovi.
Sed jam *CLEYERUS Motum* scrutatus anheli est
Cordis, & in Corpus detegit Imperium.
Mendacem *Linguam* & distantem à *Corde* frequenter
Indicium Cordis veridicum esse docet.
Stercora jam valeant! Valeatque *Urina* lucrosa!
Perfida nam *Meretrix* non modo Fata dabit.
At quamvis *Lucri* semper bonus est *Odor* ex *Re*
Quâlibet, An pateant an lateantve *doli*:
Opprobrium *Medicum* removens vocitabere nunquam
Urinæ Vates. *Cardiomantis* eris.

F. B. M. D.

DE

EXPLANATIONE PULSUUM REGULÆ,

ET

DISCURSUUM VERORUM,

Liber Primus.

Regnante in Occidente Familiâ Cyn, Authore & Commentatore Vám Xó Hó.

Pulsuum explorandorum Regula.



CUpis conjicere perfectè morbos, vitam & mortem, oportet singillatim pulsuum habere intelligentiam. In sinistra distingues cordis & hepatis rationem; In dextra examinabis stomachi & pulmonum naturam: Ista habent in manibus primum locum *Cun* seu articuli; hæc habent secundum locum *Quoan* seu limitis in manibus; vesica & porta vitæ sunt in utriusque manus cubiti tertio loco dicto *Chĕ*. Distinctis simul omnibus in hac & illa manu tribus locis, quinque membrorum facilè est recordari; sed septem exploratorum pulsuum novem temporaria indicia difficillimum est clarè intelligere. Per diem & noctem insequitur unus alium circuitus commotorum spirituum & sanguinis; necesse etiam est habere eorum circuituum determinatum numerum: Mas & fœmina, procerus & brevis, magnus & parvus singuli habent differentem corporis figuram. Rursùm habentur modi annuarum in aëre mutationum non iidem. Necesse est scire ver, æstatem, autumnum, hyemem, & statuere convenientes illis temporibus lunas, videlicet primam & secundam in anno lunari, verno tempori & arborum elemento, quod dominatur hepati. Pulsus, qui indicant constitutionem illius canuralem, est extensæ chordæ similis & longus, quæ ambo simul se comitan-

A tur.

tur. Convenientes tempori æstatis sunt luna quarta & luna quinta, cordi & ignis quæque elemento. Illorum pulsus connaturalis est exundans: Stomachus subjicitur ex quatuor anni tempestatibus quintæ (tertiæ?) annuæ tempestati; pulsus, qui statum ejus indicat, tardus & remissus est, omnium aliorum pulsuum radix & fundamentum Luna septima & luna octava est elementi metallorum, & ea propter pulmonum; pulsum, qui statum eorum indicat, parvum, natantem, brevem, raro obtusum simul convenit occurrere. Luna descendens decima & undecima sunt pertinentes ad vesicæ domus prædominium; habet illa pulsum statum suum indicantem profundum & subtilem. Singuli dicti pulsus habent æqualium pulsuum formam & rationem, si videlicet illa æqualitas pulsuum non debilitetur, nam contrarii pulsus si videas malum, vita periclitatur: si filius insurgit in matrem, morbus est celer, si mater reprimit filium per pulsum subsistentem & tardum; si habeas uxoris pulsum non est horum omnium idem & unicum regimen & curatio.

De vita & morte oportet, sicut antea, tanquam de singulis diligenter discurrere, exempli gratia: Veris tempus si habeat pulmonum viæ pulsum, habetur malum; si habeat cordis pulsum, ille pulsus est à hepate progenitus filius; si à via vesicæ, pulsus ille est matris pulsus; si à via stomachi, pulsus ille irrepens est ab uxore. Verno tempore nactus à via stomachi pulsum, etiam non medearis illi. Hyemis tempore apparens à cordis via pulsus etiam nequit curari. Æstatis tempore nactus à via pulmonum pulsum, etiam difficilis est infirmitas. Autumni tempore nactus à via hepatis pulsum, etiam quâ ratione dubitabis. Iste est discursus de quatuor temporum excellentis præ ominii ratione, intellecto quinque elementorum mutuæ productionis & victoriæ modo. Si percepisti unum angulum & habes illius ordinem, sequitur, quod tres angulos quoque possis percipere & scire. Examinando porrò pu suum æqualitatem, pulsus chordæ tensæ similis etiam est sicut pulsus intensus. Desideras nosse pulsum raro obtusum, etiam videtur sicut pulsus parvus. Natans est sicut pulsus in extremis plenus, & in medio ruptus: Horum pulsuum figura est simillima, sed morbi differentes. Profundus & cadens pulsus differentes in figura occurrunt, sed ad eundem morbum reducuntur. Exundans cum pleno etiam figuræ sunt ejusdem & nodo assimilantur. Pulsus mollis, subtilis cum debili etiam naturam referunt vestis humidæ raræ. Primò distinguas istorum naturas, postea discurras de earum ratione, insuper redeas penetrare & intelligere in medicinis naturas & proprietates, ita deinde poteris usum habere medendi. Igitur posteaquam intellexeris illorum pulsuum tria distincta loca, oportet noscere morborum sedes & residentias: Si habet locus primus sic dictus pulsum celerrimum etiam indicat capitis dolorem; si habet tensæ chordæ simi-

ſimilem pulſum, eſſe indicat cordis in parte inferiori defectum; ſi habet intenſum, eſt indicans ventris dolorem, & morbum aggregationis ſpirituum; ſi habet remiſſum, eſt pellis ſtupentis & pilorum exhorreſcentium indicium; ſi pulſus ſint parvi, indicant frigus intraſſe pectoris meditullium; ſi ſunt frequentes, indicant calorem reſidere in ventris orificio; crebrò-acutus pulſus dominatur repletionibus multis; raro-obtuſus indicat etiam ſpiritus eſſe paucos, & pectus ſimul cum lateribus eſſe obſtructum; ſolummodò ſi habes exundantem, eſt abſque malignitate, quod pectus mittat ad humeros dolorum originem, & cauſam eſſe in profundo pulſuum, etiam non decipieris.

Amplius tranſiliendo locum ſecundum *Quoan* ſeu medium, pulſus natans & ſimul remiſſus indicat eſſe ſine comeſtione; pulſus intenſus & trahenti ſimilis indicat ſpirituum repletionem & reſpirationem celerrimam difficillimæ curationis; debilitas in pulſu frequenti indicat ventris calorem; tenſio in pulſu crebrò-acuto ventris frigus indicat; pulſus parvus indicat cor infra eſſe pinguedinis plenitudinem; pulſus profundus indicat ad orificium pectoris aſcendiſſe, quem deglutiiſti, cibum acidum; raro-obtuſus convenienter debet vacuus videri; ſi profundus pulſus tunc ſit, oportet facere, ut plenus appareat infrà. Duplicati vacui cauſa eſt pulſus mollis, acutus, ſubtilis, debilis. In mulieribus ſecretiorum morborum ex aggregatione ſpirituum vel ex diſperſione, curatio conſiſtit in pulſibus celerrimis; aquæ prælium indicatur ex pulſu cadente; pulſui, qui eſt trahenti ſimilis, medicatur potio *Nieu tam*, quæ evacuat & ſolvit ac purgat & ſtatim affert quietem; ſi verò ſit in tertio loco manuum pulſus crebrò-acutus, abſolutè ſcias, mulierum vias eſſe perturbatas. Mas ſi incurrat iſtius mali tempus, omninò dominantur parvo ventri difficiles curſus; ſi cadens ſit pulſus, alimenta indicat non digeri; pulſus parvus eſt indicans ventris dolorem ſine remiſſione; debilis pulſus indicat cauſam, quòd venter caleat, eſſe ſuperiorum obſtructionem; pulſus tardus indicat eſſe frigus in infima magna parte corporis; ventris frigori vomitum contrariantem pulſus raro-obtuſus indicat. In ventriculo à humido radicali morbum indicat pulſus chordæ tenſæ & trahenti perſimilis; pulſus intenſus indicat dolorem reſidere in ægri ventriculo; profundus pulſus indicat eſſe morbi reſidentiam in ægri renibus; mollis & debilis, frequens, natans, in extremis plenus & in medio ruptus, omnes iſti pulſus dominantur in urina rubeo colore raro; ſubtilis pulſus ſingillatim (ſicut iſta) habet ſecundum tempus indicia, quâ enim ratione poterunt effugere. Item ſi quæras in fœmina, quam ob cauſam in tertio loco pulſus non interrumpuntur, quia videlicet uterum geſtantis pulſuum regula hæc certa eſt; Si locus, ubi eſt humidum radicale, in dextra manu pulſum habeat magnum exundantem, indicat eſſe fœminam conceptam; ſi locus ubi

A ij reſi-

residet calor primigenius habeat pulsum magnum semper exundantem, indicat esse masculum conceptum; interdum si occurrant ambarum manuum pulsus exundantes, etiam indicant geminos, hoc est, marem & fœminam simul conceptum. Ex hac regula deducere alia poteris: Istis pulsibus effectus respondere videbis quasi admirabiles. Ex lunarum numero resolves conceptum quemlibet juxta pulsum in debitis locis repertum, exempli gratia: Intra si sit commotio spirituum & sanguinis, hoc est, si pulsum videas crebrò-acutum, celerem, istud indicat esse conceptum quasi pervenire ad novies decem dies. Difficillimorum morborum vis nosse mortem, necesse est, sigillatim scire, qui pulsus in motu subsistunt & interpellant: Pulsus lapidis à brachio projecti celeriter, pulsus instar solutæ fasciæ aut funis dispersus & absque eo, quod figat & prehendatur; pulsus similis ictui, quem aves, dum carpunt grana, faciunt, qui venit & etiam moratur & sistit; pulsus similis stillicidii domus, qui quasi interrumpuntur & iterum redeunt; Elevati pulsus similes saltibus ranarum in aqua, & herbæ natanti & statim demersæ, etiam cum accedunt & recedunt, difficilè reperiuntur; pulsus similis saltanti pisci & natanti in aquis & tardanti, de cujus motu dubitatur, an moveat in illo caudam. Hos commemoratos monstruosos pulsus si reperieris occurrere in illo tempore, resolves, non posse ægrotum surgere & vivere. Adjungere habes ad superiores pulsus globulo terræ similem pulsum, quem qui habuerit, ex cœli decreto vitam etiam finit. Rursus si habeat æger molestissimum morbum & pulsum valdè profundum, vocem & sonum valdè demissum, primum & secundum locum in manibus sine pulsu, sed tertium habere pulsum quasi non interruptum, & qui recedat & accedat intervallo spirationum æqualiter & regulariter, & in cursus ac progressus medio non quiescat, in medium istum si pulsus decurrit, quomodo tristari poteris ex damno & morte. In libris continetur, arbores etiam sine foliis habent radices; malum in ægroto ejusmodi est, inclinare videtur ad mortem, sed accidit sæpè curari.

Explorandorum pulsuum initiale Carmen.

IN manus sinistræ tribus locis sunt viæ cordis & parvorum intestinorum, hepatis & fellis. In dextræ manus tribus locis sunt viæ pulmonum & magnorum intestinorum, stomachi & ventris, portæ vitæ & tertiæ partis corporis. Singuli istorum sex locorum pulsus tàm principia quam fines suos propagant in suis locis, ac proinde ante omnia statue in manus sinistræ primo loco *Cun* vias cordis & parvorum intestinorum, est enim ibi regnantis elementi ignis sedes: Posteà statue in sinistræ manus secundo seu medio loco *Quoan* id

id eſt, limite vias hepatis & fellis, ventorum & arborum elementi ſedem; poſtea ſtatue in ſiniſtræ manus tertio loco dicto *Chĕ* vias veſicæ & ureterum; nam ibi eſt frigoris & aquæ ſedes. Tum verò ſtatue in manus dextræ primo loco *Cún* vias pulmonum & magnorum inteſtinorum, rerum aduſtarum & metallorum elementi ſedem. Deinde ſtatue in manus dextræ ſecundo loco ſeu medio *Quoān* vias ſtomachi & ventris, humidorum & terræ ſedem. Ad extremum ſtatue in manus dextræ tertio loco dicto *Chĕ* vias portæ vitæ & tertiæ partis magnæ corporis auxiliatoris ignis ſedem. Omnia volvuntur, cœlum etiam ad dextram movetur, ideò iſta verba ſunt dicta: morbus ſi eſt in ſiniſtra regnat exterius morbus, ſcilicet convenit proinde elicere ſudorem; morbus ſi eſt in dextra regnat interius, convenit proinde purgare infrà; revolvitur cœlum ad ſiniſtram, quod ex eo eſt, quia ſequitur curſum duodecim horarum; finis earum eſt videlicet à temporis tepidi mutatione, ad temporis mutationem calidi; à mutatione temporis calidi ac humidi ad maturi ſeu mixti temporis mutationem; à mixti ſeu aduſti temporis mutatione ad frigidi; à frigidi temporis mutatione ad ventoſi; à ventoſi temporis mutatione ad humidi temporis mutationem. Ideò dicitur cœlum motum & currens; à loco anteriori, quod venit, facit repletionis vitium, illud quod à parte & loco poſteriori venit, facit vacui vitium, illa vitia propagant mutationis vias, ſiniſtræ omninò propagantur ad dextram; nam ſudor in morbo propagari facit infrà morbum, at infrà morbus non propagat aliò; ſudoris & morbi hæc ratio eſt, & à porta vitæ & à cordis involucro videlicet ab ambobus pendet auxilium ignis, ac proinde diſcurrendo de interioribus ſtatim cordis involucrum ſubmittit auxilium portæ vitæ, quod ideo eſt, quia cordis involucrum habet viam, & vitæ porta ſit absque via, à qua ad aliam itur, quæ ambo movent pulſus & amborum viæ ſunt in *Chĕ* tertio loco, idcirco hæc dicta ſunt: Fœmina & mas contratiâ ratione iſtum locum tertium *Chĕ* habent; quod ſi fœminam viri pulſum habere ibi, & contra virum fœminæ videas habere tertii loci *Chĕ* pulſum, eodem modo reſolves ægrotare. Viæ cordis cum parvis inteſtinis reſident in ſiniſtræ manus primo loco *Cun*; viæ hepatis & fellis ſimul reducuntur ad ſiniſtræ manus locum ſecundum *Quoān*; reſolve vias veſicæ reſidere in tertio loco *Chĕ*. Pulſus quoque eodem modo ſe habent: Adhibe diligentiam, ut compoſitam & unitam habeas ſpirationem, & examines pulſus cum quiete & non perturbatus. Viæ pulmonum & magnorum inteſtinorum reſident in dextræ manus primo loco *Cún*; viæ ſtomachi & ventris atque pulſus ſtatum illarum indicantes in ſecundi loci *Quoān* meditullio recognoſce; vitæ portæ viæ pulſus reducitur ad viæ veſicæ pulſum, cum quo & idem eſt. Adhibere cordis attentionem ſubtilem neceſſe eſt, & ab inventis non recedere. Quando

explorabis alterius hominis pulsus, in aversa seu resupina manu illos percipies: Si velis tui ipsius videre pulsum, tunc elevabis manum ad percipiendum. Trium locorum oportet doctrinam & de digitorum applicatione benè intelligere, novem partium corporis pro tempore indicia optimè & certò ad intra exsculpere. Magna intestina simul cum hepate propagant vias, per quas spiritus digeruntur & mittuntur. Cor cum parvis intestinis, quæ sunt recepta, perficiunt; stomachus & venter viis suis mutuò se penetrant & quinque alimentorum genera digerunt; Ureteres & vesica simul faciunt liquida, quæ digerunt. Tertia pars magna corporis non habet figuram, intestini vacuum habet nomen, sedes illius est in pectoris interioribus, orificio illius mutuò respondentibus. Hepar & fel simul reddunt humidorum liquores, & fel, serviens hepati, potest penetrare ad oculos, & efficit in illis perfectionem & integritatem. Quicunque noverit & poterit attemperare quinque membra & concordare inter se, clarum est, illum posse examinare & cognoscere omnium sedes morborum. Post palmam manus altum est & eminens os, cognomen habet limitis; infrà hoc os est limitis seu _Quoañ_ secundi loci pulsus; locus ille figuram habet obliquitatis cujusdam, seu potius cavitatis; per ordinem post hæc ordinabis & distingues ac nominabis sequentem terminum *Chĕ*. Tria hæc loca adhuc oportet, diligentèr & subtilitèr videre; nam ante limitis seu _Quoañ_ secundum videlicet locum est *yam̂* seu calor primigenius; vocatur ille locus, in quo residet, primus seu *Cuń*. Deinde post secundum locum _Quoañ_ est *yn'* seu humidum radicale; in utroque loco manum infrà applicando illa duo habebis. Si in loco, in quo residet *yam̂* seu calor primigenius, pulsum chordæ tensæ similem reperies, capitis dolorem adesse resolvere ne dubites; si in loco, in quo residet *yn'* seu humidum radicale, pulsum chordæ tensæ similem reperies, in ventriculo esse dolorem, quomodo regulam hoc effugiet? Si in loco, ubi residet *yam̂* seu calor primigenius, reperies pulsum frequentem, indicium est vomitus & capitis doloris; Si in loco *yn'* seu humidi radicalis sit pulsus parvus, indicat alvi fluxum & intra ventrem murmura & sonitus. Locus, ubi residet *yam̂* seu calor primigenius, si habet pulsum plenum, respondere illi scias in facie ruborem & ventum. Locus, ubi residet *yn'* seu humidum radicale, si habet pulsum parvum ex sublato seu frustrato sudore, afflictionem & molestiam etiam indicat habere. In loco in quo residet *yam̂* seu calor primigenius, si pulsus sit plenus, magnus & simul crebrò-acutus, respondet illi linguæ violenta garrulitas; In loco ubi residet *yn'* seu humidum radicale, si pulsus sit frequens, indicat stomachum habere nimium calorem & os fætere. In loco ubi residet *yam̂* seu calor primigenius, si pulsus sit parvus, natans & simul debilis, resolves in corde esse frigus; In loco ubi residet *yn'* seu humidum radicale, si pulsus sit acutò-creber, indi-

cat

cat cibos dispergi & stomachi domum defectum pati. In secundo loco *Quoan*, seu proximè ante locum *Quoan* secundum & proximè post locum secundum recognosce & distingue humidum radicale *yn'*, & calorem primigenium *yam*, scrutare morborum radices & origines, nam quæ illis respondent signa non errabunt. In unius integræ spirationis intervallo fiunt quatuor ictus pulsuum: vocantur illi pulsus æqualitatis & concordiæ seu sani hominis; amplius aucti in intervallo illo unius spirationis uno ictu etiam sine morbo est; si verò tres sint ictus in mora unius spirationis, pulsus est tardus: si duo solum, indicat destructionem oriri ex frigore, & venire periculum atque afflictionem; si in dicta mora sex sint ictus, illi pulsus sunt frequentes; si septem indicant nimios pulsus & celerrimos, unde calorem esse multum productum. Ingredientes & ab ossibus quasi repulsi ictus si sint novem, indicant moriturum; si decem sint, indicant subjici sepulturæ; si undecim vel duodecim, abrumpi & separari animam. Trium ictuum in mora unius integræ spirationis sunt tardi pulsus; in eadem mora unicus solummodo ictus vel duo indicant destructionem: In mora duarum spirationum unus ictus si fuerit, indicat mortem, quam nemo debet mirari. Pulsus tardi indicant frigus; pulsus frequentes indicant calorem: Olim & modo de hoc discursus idem est. In difficultatum libris subtilior mensura & distinctio clarior continetur. Porro calor si sit statim generat ventum; frigus generat aëreos spiritus. Adhibe cor, hoc est diligentiam, ut cum digitos ad explorandum demittes, intervalli spirationum recorderis. Præterea veris tempore esse connaturalem pulsum chordæ tensæ similem: æstatis tempore pulsum exundantem; Autumni tempore similis est natanti vel volanti plumæ; Hyemis tempore similis est lapidi projecto, hoc est, pulsus ille profundus est. Deinde conformando se doctrinæ librorum distingues modos annuarum mutationum in aëre, in quarum fine pulsus *hô hô* languidi & remissi sunt, sicut cum vere elevantur folia arboris *lieu*: isti sunt pulsus in ventris domo & via demorantes quatuor temporum quintâ tempestate. Solicitudine missâ ad cor scrutaberis subtilitèr, ut intelligas summum, & scias solvere illa, quæ se penetrant & profundorum recordari. Pulsus natans & in extremis plenus, ac in medio ruptus & crebrò-acutus & plenus & chordæ tensæ similis, & intensus & exundans septem sunt pulsus ad extrà & in superficie, qui reducuntur & respondent radici & fundamento, hoc est, calori primigenio. Pulsus parvus & profundus & remissus & rarò-obtusus & tardus & cadens & mollis subtilis & debilis, sumpti simul etiam sunt octo pulsus ad intra iidem. Cum sanguinis intra venas motus, & spirituum intra & extra sanguinem motus circuitum suum peragit, resolve, compleri spirationum numerum semel decem & ter mille & quinque centum, & pervadere.

DE

DE

EXPLANATIONE PULSUUM REGULÆ,

ET

DISCURSUUM VERORUM,

Liber Secundus.

Regnante in Occidente Familiâ Cyn, Authore & Commentatore Vám Xó Hó.

De Cordis Membro.

Carmen Primum.

COrdis membrum corporis est perfectio; parva intestina cum illo se habent sicut minor frater cum majore natu. Est sub imaginis cœlestis *Li* portione; in æstate dominium habet; subjicitur elemento ignis, respicit austrum & illa, quæ ibi nascuntur; occupatus rebus, & ideò non fit minor aut magnus, multa invenit, maximam habet intelligentiam, interius movetur in sanguinis æquore; extra motui cordis respondet lingua, quæ data est, ut exprimat illud. Cor si habeat septem foramina, multæ prudentiæ & ingenii hominem; si præterea tres flexus capillorum, supremâ sapientiâ florentem indicat. Quod si via cordis contrarii sibi temporis pulsus habeat, tristitiam non solves. Connaturalis ac tempori debitus pulsus est exundans & quasi stupefacti; liquor illi debitus est sudor penetrans, & pellem emolliens est humectans; sonus & vox debita sunt verba lætitiæ & jocosa; morbus dictus casus trabis in autumno contigit; aggregatio mali instar brachii est umbilicum circumcirca; connaturalis est, si appareat in facie gallinæ cristarum color, Infortunii est, si videatur ejusmodi, qualis est in morbo ex aggregatione sanguinis densati aut congelati. Explorabis, quando pulsus oportet examinare & attendere subtilitèr & perscrutari, si respondeant intervallo exspirationis & intrò spirationis; si cor est plenum, somniat homo tristia, & quæ timo-

timorem gignunt & monstrosa; si cor est vacuum, somniat coruscantem repentè flammam ignis & ejus fulgorem & claritatem. Pondus cordis est decem & duo scutorum magnum; parvum etiam ordinariè æqualiter ponderat.

Viæ Cordis pulsuum apparentium in tribus locis Carmen.

TRia loca si simul habeant pulsum frequentem, indicant cordis domum calere, in linguæ superficie nascuntur pustulæ, labia finduntur, æger delirii verba loquitur, replentur oculi, & videtur sibi videre dæmones & spiritus, bibendo ex aqua centum calices, in fine non quiescit nec sibi satisfacit.

Viæ Cordis pulsus Carmen.

VIa cordis si habeat pulsum in extremis plenum, in medio ruptum, caloris primigenii spiritus faciunt murmura & sonitus in interioribus & interdum sanguineum fluxum, etiam vomitum sanguineum, quia omnia miscet transversim; & si ille pulsus exundet seu transiliat secundum locum *Quoañ*, os eminens indicat dolorem cordis, molestiam & afflictionem ex siccitate, & præterea capitis ac faciei ruborem maximum. Si cor habeat pulsum magnum & plenum, indicat inde venire in facie rubedinem & ventum & adurentem dolorem, faciei color cum cordis planè idem; si habeat pulsum parvum, indicat frigus & vacuum ac timorem, vel cor simul habere frigus & calorem; si habeat pulsum celerrimum, indicat esse in intestinis interius dolorem & non esse pervia; si pulsum habeat plenum & magnum simul, & præterea crebrò-acutum, indicat linguam esse velocem, sed ob cordis timorem eloqui verba difficulter; si solummodò habeat pulsum crebrò-acutum, indicat cor nimium calere & aliam non habere infirmitatem; si habeat pulsum rarò-obtusum, indicat non habere cor vires, nec multa loqui; si habeat pulsum profundum & intensum, indicat intra cor ob contrarium frigus esse dolorem; si habeat pulsum chordæ tensæ similem, tum indicat cordis celeritatem & etiam cordis suspensionem, hoc non affert damnum.

Hepatis membri Carmen.

HEpatis membro respondet temporis verni calor primigenius, conjungitur illi ramus fellis; ambo eandem incolunt domum, coloris sunt cærulei, figuram & imaginem habent elementi arborum & portionis cœlorum *Xiũ* vel *Lie* sunt ad orientalem partem; complectitur interius sanguinem, &

florem illius mittit ad oculos; eundem sanguinem attrahunt nervi & ungues, & ab illius communicatione omnia moventur; occurrit aliquando producere viam. Connaturalis & tempori debitus pulsus hepatis est longus, lachrymæ descendentes sunt illius liquor, vox gemitus est proprius ejus sonus, sapor acidus conveniens loco ubi nascitur; accipe semen lini, nam huic semini respondet & prosequitur hoc alimentum. Si hepar sit plenum, somniat montes, sylvas, arbores; si vacuum, apparent in somnio subtiles herbæ & gramina; morbus aggregationis ex cumulo pinguium spirituum contingit instar calicis eversi in laterum angulo lateraliter; si sit color cæruleus, qualis in alis avium & corpore, promittit bonam fortunam; si color sit idem cum colore arentium herbarum, calamitatem. Hepar pondus habet quatuor *Kiñ* (scutorum 16. singula *Kiñ* sunt) & magis quatuor scutorum; habet etiam hepar septem alas seu folia, quæ duo distinguunt motum.

Viæ Hepatis pulsuum apparentium in tribus locis Carmen.

TRia loca si simul habeant pulsum chordæ tensæ similem, hepar laborat nimietate, oculi interius dolent, molestatur æger tertianæ vacuo, iracundi spiritus impleverunt pectus, semper vult vociferare, gemere, conqueri, oculorum lachrymæ instar gemmarum sunt.

Viæ Hepatis pulsus Carmen.

VIa hepatis si habeat pulsum mollem & simul chordæ tensæ similem, proprium & connaturalem, est absque vitio & malo; si habeat pulsum intensum, indicat in nervis afflictionem esse parvam; si habeat subtilem, qui videatur esse simul natans, magnus, & præterea plenus, indicat ruborem oculorum & perturbatio videtur rerum esse; si excedat secundum locum *Quoañ* & transiliat primum locum *Cuñ, Keú* & excessus illi mutuò respondeant, indicant oculorum obscuritatem, capitis gravedinem & nervorum dolorem; si habeat pulsum qui in extremis plenus & in medio ruptus est, tunc indicat oculorum obscuritatem aut vomitum sanguinis, quatuor partium pedum & manuum tumorem, & ob remissionem nervorum impotentiam ambulandi; si habeat raro obtusum, indicat suam originem esse vacuam, & sanguinem dispersum, nervos atque alias proximas pingues partes cum lateribus oppletas ex se respondere sciet; si habeat crebrò-acutum, indicat in hepate esse calorem & simul in capite & oculis; si habeat intensum plenum & chordæ tensæ similem aut pro-

fun-

fundum, indicat tertianæ morbum, & indigestionem ciborum & obstructionem; si habeat parvum, debilem, natantem, indicat dispersos spiritus causare afflictionem, oculorum obscuritatem, producere flores nebularum, quæ non sinunt videre; si habeat valdè natantem, indicat nervorum debilitatem & corpus esse absque viribus; si occurrant ista, redire oportet quatuor membrorum & partium corporis paralysin.

Vesicæ membri Carmen.

VIæ vesicæ membri distinguere Ureteres, quæ simul conjunguntur, convenit: prædominium illius est in hyemis tempore: Ipsa subjicitur elemento aquæ; sedem vesicæ ad boream resolve & non decipieris. Via vesicæ ad utramque aurem penetrat, quæ sunt illius quasi fenestræ. Tertia quoque pars corporis innixa est simul cum illa. Sapor illius salis reducitur potissimum ad magnarum fabarum & parvarum saporem. Perfectio & integritas in animositate, de se etiam portam vitæ juvat & sequitur. Pulsus profundus & crebrò-acutus viæ vesicæ conveniens est, & debitus, ac proprius tempori, quod illi dominatur. Si videas pulsum natantem, irrepentem, indicat periculum residere in stomacho. Color qui attribuitur vesicæ, idem est cum colore nigrarum alarum, & bonam fortunam promittit; si habeat figurarum apparentiam similem carbonibus (Leodiensibus,) periculum. Si vesica frigeat, multas facit sordes circa dentes esse, à siccitate affligitur, & aquæ facillimè damnum recipit. Morbus *Pueń tó* dictus umbilicum infra ex aggregatione spirituum oritur, examinando illius proprietates, ossibus impedimentum ponit in motu, & adimit potentiam ambulandi; si vesica est repleta, somnium est, renes afflictionem pati in excernendo; si autem vacua, somnium est, de transvadatione aquarum. Vesica pondus habet unius *Kīn* & præterea duorum scutorum: latera infra & è regione illorum invicem inclinantur.

Viæ Vesicæ pulsuum apparentium in tribus locis Carmen.

SI via vesicæ habeat in tribus locis simul pulsum tardum, indicat vesicæ membrum frigere, & pellem atque carnes siccari. Si habeat raro-obtusum, indicat capillos capitis & pilos alios arefieri; in somnio videntur videri dæmones vel spiritus, & aliquando ingredi vel cadere in aquas, & cum expergiscuntur, advenit de hoc sollicitudo, & postea sine metu sunt.

Viæ Veſicæ pulſus Carmen.

VEſica diſpergit ſpiritus intra renes, ideò emiſſio urinæ multæ, raræ, crebertimæ ſimul in illius medio, cum vis urinam ſpangere; cum jamjam ſpargenda eſt, non obedit voluntati. Si via veſicæ habeat pulſum plenum, crebrò-acutum, indicat urinæ emiſſionem raram, ſtillicidia illius dolorem faciunt, & raritas illa ruborem multum defert. Si habeat pulſum rarò-obtuſum, indicat illius perfectionem defluere, timoris ſomnia & dœmoniorum multorum, parva inteſtina ſiccitatem à ſpiritibus patiuntur, in ſomniis videntur eſſe transvadantes flumina. Si habeat pulſum plenum, magnum, indicat in Ureteribus eſſe calorem & urinandi difficultatem, quod non ſit via pervia. Si habeat crebrò-acutum & chordæ tenſæ ſimilem, indicat renes & pedes graveſcere. Si habeat profundum, intenſum, indicat dolorem & redire idem quod ſupra. Si pulſus ſit ſolum profundus, mollis & creber, æqualis, indicat nullum tunc eſſe morbum. Si habeat pulſum natantem, intenſum, in auribus indicat reſpondere ſurditatem.

Viæ Pulmonum membri Carmen.

VIæ pulmonum membri locus eſt valdè ſuperior & præ aliis primus; magna inteſtina per viam ſuam penetrare illorum viam oportet. Portio cœleſtis *queñ yûs* pulmonibus dominatur, eſt octava ſors & ſignificat terram; elemento metallorum ſubjicitur quinto, adducit pellem cum pilis mutuò reſpondere, animam eſſe & corpus ſimul unita, facit nares audire odoris ſpiritus ac diſtinguere. Fundamento obſtructo ſpiritus mutuò ſe adurunt. Ex garrulitate præterita multa fit tuſſis, puſtulæ natant ex vini nimia potione. Color ſi appareat porci oſſium perlucidus; indicat bonam fortunam; ſi ſit color arefactorum oſſium; vita difficillimè integra eſſe poteſt. Proprius morbus ex aggregatione vocatur *hyĕ pueñ*, malum contingit veris tempore in dextro latere. Viæ pulmonum connaturalis etiam ſecundum tempus debitus pulſus eſt natans, rarus & brevis. Contrarius illi eſt magnus, exundans & chordæ extenſæ ſimilis. Quando pulmones ſunt pleni, ſomnia ſunt de militibus & armis ſimul; quando vacui, de transvadatione in aquis agrorum. Pondus pulmonum eſt trium *Kiñ* & trium ſcutorum, ſex folia ſeu alas ſparſas diſtinctè appendit.

De viæ Pulmonum pulſibus apparentibus in tribus locis Carmen.

VIa pulmonum in tribus locis ſimul ſi habeat pulſum natantem, indicat pulmonum membrum habere ventum, & in naribus multum de aqua ſor-

dida mixta puræ, durare calorem & malignitatem frigoris, unde pellis & carnes affliguntur dolore, frontem etiam arescere, ambos oculos lachrymas acidas profundere, & ideò pati dolorem.

De viæ Pulmonum pulsibus Carmen.

VIæ pulmonum pulsus si sit natans & plenus, indicat gutturis portam siccatam, etiam ipsum guttur læsum, alvum pati difficultatem ob raritatem excernendi, seu ob nimis rarum secessum, nares ad intra laborare & deficere in percipiendis odoribus. Si sit pulsus plenus, magnus simul & crebrò-acutus, indicat pilos siccari & aduri, mucum sordium arefieri, præterea ubi jungitur guttur esse siccitatem. Autumni tempore est pleno solidus; verno tempore (ad finem videlicet) convenit diminui. Si sit pulsus profundus, intensus simul & crebrò-acutus, sicut antea, audies tussis strepitum. Si sit pulsus parvus, natans, & qui dispergitur, ad viæ pulmonum pulsuum propriam domum pertinet pulsus illius figura. Si exundans prosiliat, indicat pectus ad intra oppletum, & ideò spiritus causare fluxum alvi, & in magnis intestinis murmura. Si pulsus sit chordæ tensæ similis, indicat frigoris in meditullio intestinorum esse densitatem. Si sit pulsus qui in extremis plenus & in medio est vacuus, indicat crudelem dolorem, qui non finit quidquam agere. Si sit pulsus profundus, subtilis & sicut anteà etiam crebrò-acutus, ex hoc scies esse ossa frixa, pellis & capillorum meatus omnes obstrui, frigus & calorem utraque simul recipere.

Stomachi membri Carmen.

STomachi membri imago & portio cœlestis sub *Chun' Ken* residet, adjuncta illi è regione ventris porta. Dominium temporis, quod sequitur, est in quatuor annuarum tempestatum extremis mensibus; de se cum terra habet radicem, molit fruges & potest digerere cibos, irrigat corporis temperamentum naturale debito tempore, viæ illorum labia pervadunt & oris spiritus simul carnes mollefacit & pinguefecit. Figura stomachi in longum habet tres articulos digitales & in latum quinque; pinguedo seu adeps densus & grossus; extensus ponderis est medii *Kiñ.* Connaturalis & tempori debitus pulsus viæ stomachi est remissus & languidus, & si stomachus perdat vires, tunc illius pulsus spiritus sunt similes continuatim deglutientibus grana avibus. Si sit plenus stomachus, somnia sunt de cantu & rebus lætis; si vacuus; somnia de rixis ob potus & ciborum divisionem. Si stomachus humidus multum, causa est quinque fluxuum alvi, in intestinis percurrens instar fulguris strepitus, morbus ex densitate spirituum hyemis tempore fit, vocatur aggregationis, facit

 pel-

pellem flavescere, quatuor partes corporis manus & pedes turbat. Pondus stomachi est duorum *Kiñ* & quatuordecim scutorum, potest capere mensurarum tres *Teú* & quinque *Ximí*; *Teú* continet decem *Ximí*; & una mensura *Ximí* complectitur decem pugillos manus.

De viæ stomachi pulsibus apparentibus in tribus locis Carmen.

VIæ stomachi in tribus locis si simul sit pulsus remissus, indicat stomachi residentiam calere & os fætere, ventrem revolutum, & semper vomitus pati occurrentes, dentium tumere gingivas & diffluentibus spiritibus circumdari; frigus & calorem continuò advenire & parum esse in corde de viribus.

Viæ stomachi pulsuum Carmen.

IN via stomachi si pulsus sit plenus & natans, indicat digeri intra calorem, sed stomachum & ventrem vacuum esse, os siccari, quamvis biberit de aqua, & quamvis multa comederit etiam carnes, vacuo tamen laborat. Si solum sit pulsus crebrò-acutus, indicat stomachi domum calere, os abundare spiritibus, & spiritibus multis ac grossis. Si sit pulsus raró - obtusus, tunc indicat, non multum posse comedere, & si comedit, non augere nec alere carnes. Si sit pulsus parvus & natans, indicat lædi ab irrepente, instar advenæ, calore, qui venit & abit, & facit parvum & remissum. Si sit intensus pulsus, indicat stomachi sedem dolere, & sicut prius etiam nervos affligi, desiderat vomere & non vomit, mediæ partis meditullium seu pectus non potest habere relaxationem. Si sit pulsus chordæ tensæ similis, indicat hepatis spiritibus impleri, sese procurat istis verè pristinam sanitatem. Si sit magnus & plenus, indicat cordis ad intra dolorem; statim ac malum evacua, non erit necesse afferre alias medicinas. Si pulsus illi transiliant locum *Quoañ*, indicant salivam prosilire de ore; ventus ad intra si compareat, sistitur & retardat se ipse.

DE

DE EXPLANATIONE PULSUUM REGULÆ, ET DISCURSUUM VERORUM,

Liber Tertius.

Regnante in Occidente Familiâ Cyn', Authore & Commentatore Vám Xó Hó.

De septem ad extra, & de octo ad intra pulsibus universalis discursus. Hic discursus non est Hoam ty, neque Vám Xó Hó; sed à Medicis ex illorum doctrina insertus &c.

SEptem ad extra sunt pulsus: Natans, plenus in extremis, in medio vacuus, crebrò-acutus, plenus, chordæ tensæ similis, intensus & exundans. Octo ad intra pulsus sunt: parvus, profundus, remissus, raro-obtusus, tardus, cadens, molli-subtilis, & debilis. Septem ad extra naturam habent caloris primigenii; octo ad intra naturam habent humidi radicalis. Pulsus illi ad extra multi apparent in sinistra instar hospitum, sequuntur dominia mutationum; porrò ad intra pulsus multi apparent in dextra, & dominia sequuntur advenientium mutationum. In sinistra manu trium locorum residentiæ sunt: tepor, ventus & frigus; si ex tepore, vento vel frigore morbus accedat, est ad extra. In dextra manu trium locorum residentiæ sunt: siccitas, humiditas & æstus; si à siccitate, humiditate vel æstu morbus oriatur, est ad intra. Ista est pulsuum regulæ maxima pars, & illa tractat de mutua mutationum apparentia. Interdum exteriores pulsus apparent in dextra; interdum interiores pulsus apparent in sinistra; interdum humidum radicale & calor primigenius valdè & mutuò se opprimunt; interdum humidum radicale & calor primigenius valdè se mutuò dejiciunt; interdum unus pulsus habet decem mutationes.

nes. Pulſuum ratio perfectiſſima eſt & ſubtilis, nec uno verbo poteſt finiri. Igitur illius rationis præcipuum nonnè ſtatuemus eſſe in humido radicali, calore primigenio & quinque elementis, hoc enim ſufficit. Exteriores pulſus ſunt ſeptem, interiores pulſus ſunt octo, ſimul omnes ſumpti decem & quinque ſunt pulſus. Si per quinque elementa illos repartiamur, quodlibet elementum habebit ad ſe pertinentes tres pulſus, ter enim quinque faciunt ſemel decem & quinque. Natans, raro obtuſus & debilis ſubjiciuntur elemento metallorum; tenſæ chordæ ſimilis, intenſus, cadens, ſubjiciuntur elemento arborum; crebrò-acutus, profundus, molli-ſubtilis, ſubjiciuntur elemento aquæ; in extremis plenus, in medio vacuus, plenus exundans, ſubjiciuntur elemento ignis; parvus, remiſſus, tardus elemento terræ. Præterea quilibet locus ex tribus locis ſimul habet levitatis & gravitatis diſtinctionem. Quantum refert ad quinque elementa, convenit illa valdè mutuò inter ſe conſervare æqualitatem. Unum elementorum ſi habet inæqualitatem, morbum ſtatim apparere neceſſe eſt. Interdum ſolet dici quod videlicet interiora ſe lædant, eſt bonum; quod exteriora ſe moveant, non aliquando eſt conveniens. Qui differentiam non ſcit inter cœlum & terram, ſex ſpirituum conformitatem cum quinque moventibus, ille ignorabit hominis corpus eſſe ſicut parvum cœlum & terram. Ad extra malum quod commovet, non ſequitur ſuam ſpeciem & apparet, exempli gratia: foris & extra commovet ventus humiditatem, igitur arbores & ignis abundant nimio, & terra ac metalla deficiunt; aqua non poteſt temperare ſeu reducere ad æqualitatem ignem extra commovet, ſed extrà à maligno loco movetur & pervenitur ad quinque elementorum inæqualitatem; ad intrà fit læſio, ſed quinque interius ex ſe læduntur. Quinque elementa ex ſe non poſſunt æqualitatem inducere. Primò itaque percipe metallorum, aquæ, arborum (ſeu aëris) ignis, terræ rationem; poſtea perſcrutare vacui, repletionis, latrocinii, exiguitatis & rectitudinis vitia & mala; prætereà iterum recognoſce illorum locorum diſtinctionem, quam habent ſingula, videlicet ſuperficiei, medii & profundi puncta, & etiam oportet ſigillatim examinare, qui dominantur, pulſus; ſi cum illis inſtar hoſpitum advenientes pulſus mutuò concordant, quomodo ſe habent, quoad locum, pulſus chordæ tenſæ ſimilis, exundans, raròobtuſus, remiſſus, profundus; quomodo ſunt peregrini & hoſpitum inſtar pulſus; an proprius locus non reſpondeat, qui illi accidit pulſui; omnes peregrini & hoſpites pulſus poſſunt ſe habere eô modô; poſteà interius ſi lædunt, exterius ſi commovent regnantes peregrini & hoſpitum inſtar pulſus, naturæ & proprietatibus morborum, qui ſic ſe habent, afferes, qui non ſe habent ſic, negabis. Hæc quomodo errorem poſſunt habere?

De

De ſeptem exteriorum pulſuum mutationibus brevis Diſcurſus.

Hic diſcurſus non eſt Hoam ty, neque Vám Xó Hó, ſed à Medicis ex illorum doctrina inſertus.

AUtor *Kiĕ Kŭ* dicit: ſeptem exteriores pulſus tunc à peregrino malo irrepentè læduntur in ſuo dominio, cum ab humido radicali opprimitur calor primigenius; hujus teſtimonium eſt, quando corpus calorem & malignum frigus habet; eſt enim extra calor primigenius, & intra humidum radicale apparens. Si verò ſeptem exteriores pulſus ſolummodò calorem habeant & non malignum frigus, intra & extra eſt omnis calor primigenius. Septem exteriores pulſus prodit exortus ex ſe ſudor & odium venti, abſolutè habes octo interiores pulſus, oportet ubi potione ex Medicina *má huam̃* & *quey' chī*, hujus & illius medietas potionem conficiet. Si verò ſint ex octo interioribus pulſus, & illos atteſtatur ex ſe manans ſudor & odium venti, & indicat, irrepſiſſe ex ſeptem exterioribus pulſum, etiam utere medicina *quey' chī* & *má huam̃*, medietas cujuslibet conficiet potionem; ſi æger habeat ſudorem & non odium venti, Medicina erit potio ex *ym̃ Xi'* & *pĕ kieú* & *ym̃ kin̄*; ſi careat ſudore, & non oderit frigus, medicina erit potio ex *Hŏ chī*; ſi pulſus ſit ſicut natans, crebrò-acutus & longus, eſt, quia à triplici via caloris primigenii prohibetur, ne poſſit habere ſudorem. Liber dicit: Calor primigenius ſi ſit ſolidoplenus, & humidum radicale vacuum; ſi ſudor proſiliat etiam & mors. Autor *Chum̃ Kim̃* dicit: pulſus natans ſi adſit, convenit ſudare vias tres caloris primigenii; quod ait: convenit ſudare, vult dicere, cum intra calorem primigenium habetur humidum radicale, iſtos pulſus, qui ſunt exteriores, calor primigenius diſtinguit; pulſus natans etiam à calore primigenio diſtinguitur; ſed cum loco natantis pulſus peregrinus pulſus humidi radicalis apparet, ideò convenit curare ſudorem, quia in calore primigenio habetur humidum radicale. Calór primigenius eſt, qui motum ſpirituum & motum ſanguinis diſtinguit, irrepens & ingrediens peregrinum humidum radicale ex ſe ad extra moratur, ideò convenit abigere, ut exeat, & expedire ut abeat. Liber dicit: Exiſtit ſupra cauſa etiam major illius. Iſta locutio non ſignificat in calore primigenio eſſe figuram veſtigii humidi radicalis, ſed quod intra calorem primigenium peregrinet malignitas humidi radicalis, & moretur in illius ſuperficie. Iſta triplicis viæ caloris primigenii exterior ſuperficies eſt triplicis viæ caloris primigenii dominatio, caret figura, viæ & rivuli recipiunt peregrinum humidum radicale, & tunc eſt ſuperficiei exterioris ſuperficies; ſed quia calor primigenius eſt intra calorem primigenium, hoc eſt, via intra viam diſtinctè, convenit abigere peregrini humidi radicalis malignitatem; ideò antè dictum eſt,

intra calorem primigenium haberi humidum radicale, convenit ſudare, ſi eſt triplicis viæ calor primigenius interius, nam ſudor ille triplici illi viæ proprius eſt, & cum dominatur habet hoc ſignum : Recepit malignitatem inteſtinum Ureterum cum ventre, ſi jam recepit, habet indicii locum; ſolùm oportet, ut decurrat celeritèr urina & alvus ſolvatur, nam ſtatim fit curatio; & quia in medio caloris primigenii eſt humidum radicale, iſtud modò appellavimus nomine dominii, & illud anteà appellavimus verbo hoſpitis & peregrini. Si non penetraverit aliquis dominantis & peregrinantis mali veram rationem, omninò ille lædet hominum vitam. Viæ triplicis humidum radicale convenit infrà ſolvere. Iſtius viæ triplicis humidi radicalis membra ſi extra habent locum & intra carent loco, in quo recipiantur, locus eſt pellis, pili, ſanguis venarum, carnes, nervi, oſſa; & ſi non habent, à quo recipiantur & carent loco, qui recipiat, repletio eſt. Igitur eſt in tribus humidi radicalis viis & rivulis ac illorum meditullio malum, & illud tunc eſt ſine figura & indicio, quia eſt in medio humidi radicalis calor primigenius, potes ſudare & ſufficit. Viæ & rivuli ſine figura & ſigno recepêre peregrinum malum, convenit curare ſudorem, qui illud ejiciat & abigat, eò quod via triplex humidi radicalis dominetur morbo. Triplicis viæ humidi radicalis radix eſt in membris. Si ſit repletio ad extremum reducitur ad ventrem, ille habet figuram & ſignum morbi; oportet à qualibet via rivulo interius per medicinæ ingreſſum in ventrem morbum illum abigere; iſta eſt triplicis viæ humidi radicalis conveniens infrà ſolutio, ſic quia humidum radicale intra humidum radicale poteſt ſolvi & curari, & hoc ideò, quia dominantis humidi radicalis malum eſt peregrinæ malignitatis calor primigenius iſtorum duorum, videlicet peregrini & dominii ſimul. Diſcurſus eſt, quomodo intra humidum radicale habeatur calor primigenius, quem convenit intra abigere: intra humidum radicale ſi habet dominium, eſt caloris primigenii peregrinum malum. Verba illa : in humidi radicalis via receptum caloris primigenii malum infeciſſe interius res, quæ habent figuram, & quod non poteſt egredi, de his poterimus infra breviter dicere, ubi de octo interioribus pulſibus agimus. Si quando calor primigenius opprimit humidum radicale, hoc teſtatur corporis tepor, quatuor partium corporis, pedum videlicet & manuum defectus & odium caloris, eſt enim extra humidum radicale, & eſt calor primigenius, & ſi ſolummodò frigus ſine calore, ſine ſiti eſt, quia intrà & extrà totum eſt humidum radicale. Autor *Chum Kim* dicit: Deficiens profundè calor etiam eſt profundus; ſi deficiat parvum, calor etiam parvus, facies læditur, putrefit & rubet. Si ideò cures ſudorem, illa conſequeris iſtis ſeptem exterioribus & octo interioribus pulſibus; ſi procures ſudorem, vomitum & ſolutionem, medeberis malignæ febri. Abſolutè convenit diligentèr diſcernere

de

de ſeptem exterioribus & octo interioribus pulſibus & mutuâ eorum mutatione; præterea de deſtructionis teſtimoniis advenientibus. In ratione pulſuum ſolet dici; ſex pulſus patiuntur mutationem: pulſus natans, crebrò-acutus, longus habet triplicem calorem primigenium, & in calore primigenio habet humidum radicale. Pulſus profundus, rarò-obtuſus, brevis habet triplex humidum radicale & in humido radicali habet calorem primigenium. Oportet examinare, ſcrutari exteriorum & interiorum pulſuum deſtructionem, & in illorum interius & exterius, ut cognitio haberi poſſit vacui & repletionis. Curatio ſequens ad ſuperficiem ad extra & radicem & interiorem plurima, ſtatue & plurima convenientia illi naturæ exteriori & propria radici. Via magni humidi radicalis habet ſuperficiem extra; propria qualitas radicis interioris eſt digerere. Via diminuti humidi radicalis etiam ſimilitèr. Via magni caloris primigenii eſt ſuperficialitèr calida & radicalitèr frigida, ſequendo iſta producit ſeptem exteriores pulſus. Via magni humidi radicalis ſuperficialitèr eſt frigida & radicalitèr calida; ſequendo hoc producit octo interiores pulſus. Via magni humidi radicalis habet ſuperficiem pro radice, & omnis humidi radicalis ac diminuti caloris primigenii ſuperficies & radix omnis eſt à calore primigenio; ſolummodò caloris primigenii lucidi via cum defectuoſi humidi non ſequitur ſuperficiem & radicem, ſed ſequitur inter iſta medium. Hæc adjuncta de ſex ſpirituum ſuperficie & indice Author *Xǒ Hó* complexus eſt, quod ſunt ſeptem exteriores & octo interiores pulſus, & novem viarum pulſus, unde bis decem quatuor viarum pulſuum ſunt ſuperficies & radices. Habent verò omnes vel ſequi ſuperficiem, vel ſequi radicem, vel ſequi medium, exempli gratia: Viæ & pulſus magni caloris primigenii & diminuti humidi radicalis ſinguli pulſus habent ſuperficiem & radicis opus. Magni caloris primigenii pulſus eſt natans, diminuti humidi pulſus eſt profundus, iſti enim natans & profundus videlicet tranſverſim ad intrà fluunt. Liber dicit: ſi de conſecutione ſuperficiei & radicis diſcurſus fiat, illi pulſus, quorum alter longus, alter brevis, transverſim agunt; longus eſt, ut curet ſudorem; brevis, ut deprimat; longus dicitur viæ caloris primigenii lucidi pulſus; brevis dicitur viæ magni humidi radicalis: pulſum longum viæ caloris primigenii lucidi convenit ſolvere ſuperficiem per fluxum urinæ; brevem pulſum viæ magni humidi radicalis convenit deprimere infra ad terram ſeu ventrem. Malum ſic auferes, ordinando id, quod non habet fundamentum, deſtrues, ideò longo pulſui expediens eſt ſudor, nam brevis illum deprimit pulſum infrà. Sic pulſus crebrò-acutus cum pulſu rarò-obtuſo tranſverſi invicem, crebrò-acutus moratur in loco primo *Cuń* & eſt à calore; rarò-obtuſus moratur in tertio loco *Chě* & eſt à frigore; & ſi pulſus crebrò-acutus moretur in tertio loco *Chě* & etiam calor, & ſi rarò-obtuſus in


 tertio

tertio loco *Chè* & in primo *Cun* & etiam frigus; pulſus raro-obtuſus morans in *Chè* tertio loco & *Cun* primo loco, utrobique indicat deficere ſpiritus; pulſus crebrò-acutus morans in *Chè* tertio loco & in *Cun* primo loco, utrobique indicat humidum radicale & calorem primigenium interiorem. Liber dicit: Pulſus crebrò-acutus dicitur eſſe vitæ pulſus, raro-obtuſus dicitur mortalis. Hæc ſunt triplicis viæ humidi radicalis, & triplicis viæ caloris primigenii mutationum extra & intra brevitèr adducta aliquot capita; ſequere de pulſibus paragraphos infra, procura percipere & penetrare illorum rationum, erunt, quæ non penetrabis, de quolibet loco pulſuum ſermonem intende, ſigillatim perquire.


Septem exteriores pulſus.

PRimus pulſus eſt natans, naturam habet caloris primigenii, digitus infrà reperit illum non ſufficere; ſed cum elevatur habet nimium, iterum atque iterum perquiſitus eſt ſicut pulſus multum excedens: Vocatur *feù* ſive natans; dominatur tuſſis ſpiritibus accelerantibus. Indicat frigidum ex ſe proſilire; humeros eſſe fatigatos, noctu dormientem non quieſcere.

Imago pulſus *feù* ex antiquiſſimo Codice.



Ejusdem ex modernis Secunda.



Tertia,



Carmen loquitur.

PErquiſitus hic pulſus non eſt ſufficiens; cum elevatur, eſt nimius, iterum atque iterum perquiſitus, digitum infra natat; membra interius habent aggregationem frigoris commoventem ad intra calorem, vis conſequi naturalem perfectionem, cura reſtaurare vacuum.

Etiam loquitur Carmen.


SI in primo loco *Cun* ſit pulſus natans, indicat ad intra eſſe ventum, caput ob calorem dolere. Si ſit in ſecundo loco *Quoan* natans pulſus indicat lumborum interiorum & ventris vacuum. Si ſit in tertio loco *Chè* & ibi appa-

reat,

reat, indicat ventum intraſſe in pulmones, magna inteſtina ſiccari & rareſcere, & ideò difficile pervadere.

SEcundus pulſus *Keú* eſt naturæ caloris primigenii, digitus infra perquirens illum reperit in utroque extremo plenum, in medio vacuum. Vocatur *Keú*; dominatur profluvio ſanguinis & indicat perdi ſanguinem.

Keú pulſus ex antiquiſſ. Codice Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

PUlſus *Keú* figura eſt ſicut pulſus natantis & magni arque mollis, ſicut ſi ceparum folium palpes; ad latera habetur, in meditullio vacuus; ignis contrariatur caloris primigenii viæ; ſanguis ſurſum exundat, calor invaſit humidi radicalis rivulos; infra decurrit rubens liquor; digitus infra illum inveſtigans in medio reperit vacuum, indicat malignum ventum penetraſſe & intraſſe in parvorum inteſtinorum reſidentiam; morbus aliquando laborat profluvio urinæ & dolore, mederi poteris per potiones & pillulas, & malum abſolutè ex ſe auferetur.


Etiam Carmen loquitur.

IN primo loco *Cun* pulſus *Keú* indicat aggregationem ſanguinis eſſe in pectoris medio. Si ſit in ſecundo loco *Quoan* intra & pulſus *Keú* occurret loco, in quo eſt *yam* ſeu calor primigenius, indicat tumorem & paralyſin. Si in *Chĕ* loco tertio appareat, indicat vacuum eſſe in veſica & rubeum profluvium urinæ ac rubeum fluxum, & deſtrui interiora.


TErtius pulſus *Hié* crebrò-acutus eſt naturæ caloris primigenii; digitus infrà explorans reperit in tribus locis ſicut gemmæ rotundæ motum; examinando illum ſtatim cadit nec ingreditur nec egreditur. Vocatur *Hié* id eſt, crebrò-acutus; indicat quatuor partium corporis pedum & manuum afflictionem, & in pedibus & manibus vehementer dolorem atque urinæ rubrum profluvium.

Hiė pulſus ex antiq. Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

PUlſus crebrò-acutus eſt inſtar gemmæ. Vocatur *Hiė*, eſt naturæ caloris primigenii; indicat intra renes produci ſpiritus penetrantes, qui ſunt ante inteſtina & etiam ſuras pedum, & ſolummodo producere frigus & calorem. Oportet purgare & ſolvere tertiam partem corporis, tunc enim abſolutè conſequitur quietem.


Etiam Carmen loquitur.


CRebrò-acutus pulſus ſi movetur in primo loco *Cun̄*, indicat multo vomitus venienti contrarietatem. Si in ſecundo loco *Quoan̄* ſit crebrò-acutus pulſus, indicat ventris frigus, & ideò non deſcendere infra cibos. Si in tertio loco *Chĕ* appareat, umbilicus videtur congelati inſtar, cumque bibitur aqua, deſcendit ad infimam partem corporis, ſonum & murmur habet profluvii.


QUartus pulſus *Xĕ* ſeu plenus eſt naturæ *yam̄* ſeu caloris primigenii, digitus infra explorans illum non abrumpit, cum elevatur eſt nimius, vocatur *Xĕ* ſeu plenus; dominatur cadenti calore primigenio, qui eſt interius, indicat ſtomachi vacuum & quod ſit ſine cibo, & quatuor partium corporis fatigationem.

Xĕ pulſus ex antiq. Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Car-

Carmen loquitur.

PLenum pulſum *Xē* ſi explores, elevatus habet nimis intercadens; calor primigenius urit interius & pervenit ad ſtomachi vacuum, indicat comeſtionem modicam, quæ cauſa eſt, ut gignatur in ventre obſtructio per teporem conjunctum. Potionibus & medicinis morbum auferes.


Etiam Carmen loquitur.

PLenus pulſus ante ſecundum locum indicat pectus calere valdè, inde oportet reſolvere ex loco ſecundo eſſe dolorem in media parte corporis. Et ſi ſit in tertio loco ſicut funis reſpondens digito, cum venit, indicat ventriculum & interiora & urinam laxari.

QUintus pulſus *Hieñ* chordæ tenſæ ſimilis eſt naturæ *yam̃* ſeu caloris primigenii; digitus inferius explorans reperit non ſufficere, ſed cum elevatur eſt nimius; eſt inſtar haſtæ, hic pulſus interdum eſt ſæpè frequens. Vocatur *Hieñ* ſeu chordæ tenſæ pulſus; dominatur labori & fatigationi; indicat defectum virium & etiam ſudorem multum, gigni manuum & pedum dolorem, pellis ac pilorum arefactionem.

Pulſus *Hieñ* ex antiquo Codice.


Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Carmen loquitur.

PUlſus chordæ ſimilis habet calorem primigenium; ſimilis eſt extenſæ chordæ; indicat quatuor partes corporis valdè à ſpiritibus ab & invicem veluti frixas. Si trium locorum ſolveris moleſtiam, regula medicamenti eſt extra. Ordinariè oportet reſtaurare umbilicum infra locum dictum *tañ tiem̃* qui eſt caloris primigenii porta.

Etiam Carmen loquitur.


IN primo loco *Cuñ* pulſus intenſus, qui habet unam partem de pulſu, qui eſt chordæ tenſæ ſimilis, indicat in pectoris medio magnum eſſe laborem, & aſſimi-

assimilatur funi qui trahitur. Si in secundo loco *Quoan̄* sit pulsus chordæ tensæ similis, indicat frigus esse in ventre infimæ corporis partis, aquam replesse locum qui vocatur *tań tiem̂*.

SExtus pulsus intensus *Kień* est naturæ *yam̂*, seu caloris primigenii, digitus infra perquirens illum tria loca pervadentem colliget; examinando inveniet esse nimium, & elevando digitum valdè frequentem, assimilari potest exundanti chordæ extensæ. Vocatur *Kień* seu intensus; dominatur vento & spiritibus deprimentibus calorem primigenium, quem & sursum transvertit, indicat & oriri delirii morbum.

Kień pulsus ex antiquissimo Codice.


Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Carmen loquitur.

INtensus pulsus in tribus locis frequens & etiam simul, chordæ tensæ similis indicat ad partem supremam corporis venire ventum, qui ventus dicti pulsus vera est radix & origo. Indicat repentini delirii verba, & hominis pavorem & metum. Si non occurras tepidis & moderatè refrigerantibus Medicinis, non potest curari morbus.

Etiam Carmen loquitur.

SI sit pulsus intensus ante locum secundum *Quoan̄* indicat capitis interiorem dolorem. Si perveniat ad secundum locum *Quoan̄*, resolves esse dolorem, eò quod non possit moveri. Pulsus occultatus in digito, indicat vacuum, cum videlicet egreditur de loco *Chĕ*, & venit ad manum, vehementem dolorem indicat esse & moveri circa umbilicum, ad quem sedandum ordinariè manus accurrit.

SEptimus pulsus *Hum̂* seu exundans est naturæ *yam̂* seu caloris primigenii, digitus infra explorans illum invenit valdè magnum, cum elevatur est nimius. Vocatur *Hum̂* seu exundans; dominatur capitis dolori, & in quatuor partibus corporis natanti calori; indicat magna intestina non penetrari ob siccitatem, fæces densari & minui, os siccari, extremas partes corporis dolore.

Hum̂

Hum pulſus ex antiquiſſimo Codice.

Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Carmen loquitur.

PUlſus exundantis radix, origo & fundamentum eſt *yam* ſeu calor primigenius. Si occurrat illi quinta tempeſtas æſtatis, manifeſtum eſt, quod ille pulſus floreat; ſi verò occurrat autumni quinta tempeſtas, vel hyemis quinta tempeſtas, indicat curationem inſtitui debere per ſudorem, ut inteſtina pervia ſint & medicamenta temperatè frigida.

Etiam Carmen loquitur.

SI pulſus ſit exundans ante locum ſecundum *Quoan*, indicat calorem eſſe in pectore; ſi pervenit ad locum *Quoan*, indicat omnia revolvi in ventre per vomitum etiamſi eſſent mille pondera. Præterea ſi reſpiciat ille pulſus tertium locum *Che*, & ſi mutetur ibi, indicat urinæ ruborem, pedum dolorem. Iſti ſuprà memorati ſeptem exteriores pulſus, quamvis omnes ſubjiciantur calori primigenio, tamen in caloris primigenii medio habent humidum radicale: debes uti calidis medicinis, nequis capere unum nec penetras, poteris errare in morbum.

De octo interiorum Pulſuum mutationibus, brevis Diſcurſus.

Diſcurſus hic non eſt factus ab ipſo Hoam Ty, vel à Vám Xó Hó; ſed à Medicis ex doctrina illorum eſt formatus.

AUtor *Kie Kú* dicit: Octo interiores pulſus in dextræ manus tribus locis, primo loco *Cun*, ſecundo *Quoan*, tertio *Che* recipiunt malignitatem à calore primigenio, & opprimitur humidum radicale. Pulſus parvus, profundus, remiſſus, rarò-obtuſus, tardus, cadens, molli-ſubtilis, debilis, ſunt interio-

res; habent in interiori exterius, quia triplices humidi radicalis viæ & rivuli multò magis habent exterioris & superficialis dominii nomen; habent quoque interioris interius, quia triplicis humidi radicalis sunt radix & stomachus, vesica ac hepar generalitèr vocantur hoc nomine. Quare triplicis viæ humidi radicalis dominans superficies habet intra humidum radicale, calorem primigenium. Porrò radix est in medio humidi radicalis; humidum radicale si repleatur, statim reducitur ad ventrem & terram, quia malignitas, quæ infecit, habet figuram & indicium. Ideò interioris exterius est in humido radicali calor primigenius; convenit proinde signum & figuram esse per sudorem; convenit illum profundi, & dominari oportet pulsum remissum. Verùm interioris interius est in humido radicali humidum radicale ac illius distractio; tunc infra accelerantem peregrinum convenit accelerare. Ista scire omnibus est nosse peregrinorum malignitatem; illa acceleratio omnibus dominatur ex se morbis; verùm tunc oportet curare pulsum remissum. Anteà locuti sumus de septem exterioribus pulsibus, videlicet de veris, æstatis, simul triplicis viæ caloris primigenii; posteà loquemur de octo interioribus pulsibus, videlicet de autumni, hyemis, simul triplicis viæ humidi radicalis, &c.

De Viis.

SI discurras oppositâ & contrariâ ratione, errabis & produces morbos. Assecutus radicis sedem per ordinariam regulam medendi interius, tractabis etiam simul de morbo, sed oportet colligere diversa loca dominantis peregrini, mutuò concordare pulsus cum indiciis & testimoniis, & conformare (remittendi vel accelerandi) medicandi regulam, exempli gratia: malignum frigus in interiori est exterius, oportet cum potione *Mà kuam̃ fú sú* subtiliare seu extenuare molestiam. Potio illa remissionem causabit, & tunc quietis signum habebis sudorem, & si non odit venti frigus & contrariâ ratione cupit abjicere vestes, corpus temperatè frigefieri, faciem, oculos rubere, quatuor partes corporis contradicere, aliquot diebus non evacuare alvum, urina rubra rarescens, expediens potum, corpus quiescens gravescere instar montis, rixari verbis, turbari ventrem. Pulsus profundus, subtilis & celer est pedum diminuti humidi radicalis viæ. Contraria ratione, si recipiat ignis malignitatem, est interius intrà interius, & morbus tunc est humidum radicale in medio humidi radicalis, quod habeat coloris primigenii malignitatem. Istam peregrinam malignitatem oportet citò & celeritèr infra abigere per medicinæ *tá chìm kí* potionem, auferendo illam modò. Pro septem exterioribus pulsibus habe solutionem infrà; pro octo interioribus pulsibus habe sudorem. Septem exterio-

teriores pulsus habent purgationes inferiùs, isti quatuor discursus sunt olìm & modò. Porrò cum septem exterioribus pulsibus discursu, & octo interiorum pulsuum discursu ad intra, in transversum mutuò sermocinando, multò ampliùs debent pulsus cum indiciis seu testimoniis mutuò examinari. Regulam convenit accipere Autoris *Chum Kim* interius & per medicinam *quey' chī* (id est Cinnamomi) pulsus consequeris, cujus efficit *má huam* medicina indicium seu testimonium. Interdum per medicinam *má huam* pulsus consequeris, cujus medicina *quey' chī* efficit indicium. Medicinis istis utere *má huam* & *quey' chī* de qualibet medicina mediam potionem. Sic si ex medicina *quey' chī* testimonium & indicium sit à duabus corporis partibus, & ex medicina *má huam* pulsus sit ab una parte, tunc utere ex *quey' chī* duarum potionum, & ex *má huam* unius potionis. Regula: Vel si ex medicina *má huam* testimonia & indicia sunt à duabus partibus corporis, & ex medicina *quey' chī* pulsus sit unius partis, oportet uti *má huam* potionum duarum, & ex medicina *quey' chī* unius potionis. Regula: Præterea si habet ex medicina *má huam* pulsus de medicina *quey' chī* testimonium seu indicium, accipe pulsum, fac dominantem pulsum statim esse à duabus partibus corporis, & testimonium seu indicium ab una parte, utere medicina *má huam* & duplica *quey' chī*, & per unam potionem medeberis vel ex medicina *quey' chī* pulsus, & ex medicina *má huam* testimonium & indicium; & si pulsus sit à duabus partibus, indicium procura ab una parte, utere medicina *quey' chī* & duplica *má huam* & per unam potionem medeberis. Præcipuum hoc est sapientis hominis, quod loquitur de pulsibus, qui regunt hominum vitam, ideò pulsuum habent regimen; multi sequuntur pulsus & pauci, sequuntur testimonia & indicia; statue in mundo pulsus & indicia attestantia habere mutuæ penetrationis duas regulas, si ista non concordant integrè, sequere pulsus; si neque tunc concordare videbis, ne sequaris indicia attestantia. Si concordant indicia attestantia, oportet ambo accipere, sicut si indicium attestatum est in transversæ mutationis regulæ meditullio, solum concordia pulsus sequenda est, & non sequendum indicium attestans. Ita etiam non refert, imò convenit, descendere aliquando & diminuere spirationis dilatatæ receptionem. Accipe & sequere aliam originem; si verò interea testimonium venit, ratio est, quæ illud abigit, nec cœli tempus mandat nec permittit. Quare septem exteriores pulsus debent purgari inferius, si habent intra & extra omnia calorem primigenium, relaxa inferius. At octo interiores pulsus debent habere sudorem, nam habent intra & extra omnia humidum radicale, relaxanda per sudorem. Si septem exteriores pulsus habent sudorem, tunc est extrà calor primigenius & intrà humidum radicale, isti celeritèr debent sudare; octo interiores pulsus,

 ubi


ubi sunt infrà, sunt abigendi. Nam intra calor primigenius & extra humidum radicale celeritèr descendunt, ideò Autor *Sẽ Ven̄* loquitur: Superficiei & radicis conversio constituit quatuor causarum regulas,& esse videtur unicus sermo. De exterioribus & interioribus pulsibus, de dominantis superficiei & radicis conversione in septem exteriorum pulsuum discursu inferiori declarabimus.

Octo interiores Pulsus.


PRimus pulsus *Vi* seu parvus naturæ est humidi radicalis; digitus infrà perquirens illum reperit recedere & accedere valdè, parùm: iterum ac iterum perquirendo videtur modò esse, modò non, vocatur *Vi* seu parvus, dominatur destructioni sanguinis non sistentis, faciei color non est lucidus.

Pulsus *Vi* ex antiq. Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

CUm digitus infrà vestigat,modò est & modò non, indicat in gyrum destrui sanguinem in parvorum intestinorum sede, destruitur vesica intra diem; diu habet album fluxum & multo tempore ossium radix arefacta est.




Etiam Carmen loquitur.

PArvus pulsus si ante secundum locum *Quoan̄* sit, spiritus indicat superiora petere; oportet locorum inferiorum densatos spiritus ordinare ad cor. In tertio loco *Chẽ* si appareat, indicat infra umbilicum esse malum aggregationis, corpus frigere ob potionem aquæ singultum.

SEcundus pulsus *Chin̄* profundus est naturæ humidi radicalis, digidus infrà explorans videtur assequi & habere, cum elevatur, absolutè non est, remissè explorando tria loca videtur esse, sicut cum quis palpat putridum gossypium. Vocatur *Chin̄* seu profundus; dominatur spiritibus internis & adipis; indicat ambo latera, pedes & manus tunc frigere.

Pul-

Pulſus *Chin* ex antiq. Codice.
Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.

Carmen loquitur.

EXplorando illum videtur habere elevationem & iterum nihil eſt, indicat ſpiritibus oppleri tertiam partem corporis; membra & inteſtina vacuá, frigus & ſpiritus non eſſe attemperatos; tria loca obſtructa ſi pervia feceris, inteſtinum reſtauraveris & ventrem. Incipias & poteris auferre malum.

Etiam Carmen loquitur.

IN primo loco *Cun* ſi videas pulſum *Chin* ſive profundum, indicat pectus morbum habere ab aqua, oportet loci limitis ſpiritus eſſe leves dolore, qui difficultèr ſuffertur; ſi ille pulſus eſt in tertio loco *Chě*, indicat renes & pedes graveſcere, urinam temperatam multis coloribus inſtar puris.

TErtius pulſus *Huon* ſeu remiſſus eſt naturæ *yn* ſeu humidi radicalis, digitus infra perquirens illum invenit redire & venire tardè & remiſsè; parvus cum tardo pulſus vocatur remiſſus; dominatur quatuor partibus, afflictio ex repletione; ſpiritus celeres non quieſcunt.

Pulſus *Huon* ex antiquo Codice.
Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.





Carmen loquitur.

PUlſus veniens & rediens cum mora, cum exploras illum, ſimilis eſt tardo; indicat intra veſicam produci ſpiritus, aures tinnire, interdum malignita-




tem venti, aggregationem ſpirituum venire & penetrare humores cerebri, poſt ad ſpectrum trium acuum dolores accedere & recedere.

Etiam Carmen loquitur.

PUlſus *Huoń* ſeu remiſſus ante locum ſecundum *Quoañ* indicat affligi dorſi nervos, denſantur tunc loci ſpiritus & redeunt afflictionem extendentes. In loco tertio *Chĕ* ille pulſus, occurrere morbos in ventre denſati frigoris, noctem intra ſemper ſomnia habet dœmonum inſequentium homines.

QUartus pulſus *Cy* ſeu raro-obtuſus eſt naturæ *yñ* ſeu humidi radicalis, digitus explorat illum, videtur eſſe, ſed in elevatione abſolutè non eſt, antè vacuus eſt, retrò plenus, neque redit ſequenti vice; vocatur *Cy'* ſeu raro-obtuſus, dominatur extremis corporis partibus, quæ dolore affliguntur. Mulier habens conceptum in utero dolore laborat, ſine conceptu indicat deſtrui ſanguinem & inde morbum.

Pulſus *Cy'* ex antiquiſſimo Codice
Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.

Carmen loquitur.

PUlſus raro-obtuſus eſt ſicut ſi quis cultro abradat cannas: vir habens illum pulſum indicat lædi integritatem; mulier habens hunc pulſum, & habens conceptum in utero, indicat morbum; ſine conceptu iterum oportet deſtrui ſanguinem.

Etiam Carmen loquitur.


RAro-obtuſus pulſus ſi ſit ante ſecundum locum *Quoañ*, indicat ventris ſpiritus ſimul eſſe; ſi ſit in ſecundo loco, indicat diſpergi ſanguinem nec poſſe ad æqualitatem adduci. Si in tertio loco eodem modo ſit, indicat occurrere contrarians frigus, & corporis frigus umbilicum infra facere inſtar tonitrui ſonitum.

Quin-

QUintus pulſus *Chî* ſeu tardus eſt naturæ *yn̄* ſeu humidi radicalis; digitus infrà explorans illum non niſi graviter manu appreſsâ conſequitur; occultatur valdè; vocatur *Chi* ſeu tardus; dominatur veſicæ, indicat vacuum & inquietem.

Pulſus *Chî* ex antiquiſſimo Codice.


Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Carmen loquitur.

PUlſus *Chî* ſeu tardus homini occurrens, ejus figura indicat afflictionem; ſi occurrat hic pulſus quintæ tempeſtatis æſtivo tempore, non poteſt morbus curari. Subtiliſſimi operis eſt, ut, cum exploras, aſſequaris pulſum ſcire ad hanc horam, à via ſtomachi venit & indicat aquam abſolutè ſiccari.


Etiam Carmen loquitur.

IN primo loco *Cun̄* pulſus tardus indicat cor laborare malignâ febri. Si tunc ſit in ſecundo loco *Quoan̄*, indicat ventriculum dolere & ob potum affligi. Si decurrens ingrediatur tertium locum *Chĕ*, indicat renes & pedes graveſcere; videri veſtes groſſas & ponderoſas ob frigus cooperiendo non ſufficere, videri ſubductas eſſe ſimplicitèr.

SExtus pulſus *Fŏ* ſeu cadens eſt naturæ *yn̄* ſeu humidi radicalis; digitus infrà explorans illum videtur habere, exſpiratio & introſpiratio eſt una ſpiratio, in ſpirationis intervallo abſolutè non apparet; iterum ac iterum explorando illum, non longè à tribus locis reperitur manere; vocatur *fŏ* ſeu cadens; dominatur venenoſis ſpiritibus, qui occludunt & obſtruunt tria loca; quatuor partes corporis profundè ponderant, manus & pedes interdum frigent.

Pulsus *Fŏ* ex antiquissimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

HUmidi radicalis venenum demergit & deprimit spiritus & quasi abrumpit, tertia pars corporis non penetratur; motus & sedes spirituum non habet concordiam & temperiem; non quæras tempus sitnè veris, autumni aut hyemis vel æstatis. Paulatìm procura sudorem & poteris malum minuere.


Etiam Carmen loquitur.

INdicat aggregationem spirituum in pectore in primo loco *Cuń* pulsus cadens. Si tunc sit in loco *Quoañ* indicatur morbus ex indigestione & semper perturbati oculi. Si in *Chĕ* tertio loco appareat, indicat ciborum indigestionem, cum sedet dormiendo nec quiescit, iterum fracti videntur lumbi.


SEptimus pulsus *yú* seu molli-subtilis est naturæ *yñ* seu humidi radicalis; digitus infra perquirens videtur habere; iterum & iterum redeundo venit, examinando illum sicut antè verè deprehenditur recepisse; vocatur *yú* seu molli-subtilis; dominatur paucitati spirituum, unde quinque oriuntur; videlicet cor affligitur calore, cerebrum mittit ad aures duas sonitum seu tinnitum, & infima origo valdè frigescit.

Pulsus *yú* ex antiquissimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

EXaminando illum videtur esse, cum elevatur non est, sequitur mare loci *tań tieñ.* Resolve, arefieri quatuor partes corporis & ossa frigere seu torreri; mo-

molestus calor valdè intestina affligit; ad extremum ubi se dilataverit, vitam necesse est finiri.


Etiam Carmen loquitur.


MOlli-subtilis seu *yŭ* pulsus ante secundum locum *Quoañ* si sit, indicat hominis pedes sudare; si tunc sit in secundo loco *Quoañ* indicat spirituum paucitatem & perfectionem animi dispergi; si sit pulsus in *Chě* tertio loco instar gossypii, indicat malignum frigus in ossibus & in carne manere, & omnia non regi.


OCtavus pulsus *Nié* debilis est naturæ *yñ* seu humidi radicalis; digitus infra explorans illum reperit, sicut putridum gossypium videtur; levi manu percipi potest, pressione in manus facta alteratur, minuitur & non est, nititur ingredi & non ingreditur; vocatur *Nié* seu debilis; dominatur spiritibus, qui morantur ad extra post partium irrepentem seu peregrinum ventum, indicat faciem tumefieri.

Pulsus *Nié* ex antiquissimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

IN tribus locis si curet ingredi, nec possit ulterius, indicat esse venti malignitatem cum spiritibus colligatam, paucorum annorum hominibus accidit; in senibus pulsus debilis occurrens indicat morbum posse curari.

Etiam Carmen loquitur.

ANtè secundum locum *Quoañ* debilis pulsus indicat caloris primigenii viam vacuo laborare. Si sit in secundo loco *Quoañ* indicat spirituum multitudinem. Si autem sit in *Chě* loco tertio, indicat humidi spiritus spirationem destitui, dolorem dirigi ad alterationem superioris pellis & carnium, &c.

De novem viarum pulsuum Regula Discursus.

Discursus hic non est factus ab ipso Hoam ty vel Vám Xó Hó; sed à Medicis ex doctrina illorum est insertus.

AUtor *yum ki* dicit: Novem viarum pulsus sequuntur cœlorum & terræ novenarii numeri rationem. Libri ajunt: quod attinet ad verbum cœli, oportet habere symmetriam cum homine: sic videmus in cœlo esse novem stellas & planetas; in terra esse novem magnas earum partes; homo habet novem membra; etiam sunt novem famosissima deserta. Ob has & alias rationes inventi sunt novem viarum pulsus, ut respondeant cœlorum & terræ, humidi radicalis & caloris primigenii Regulis. Per pulsum longum indicatur esse portio cœlestis dicta *kan* seu talis perfectio, cujus calor primigenius producit rationem. Per pulsum brevem indicatur portio *Kén* fæculentum humidi radicalis, reducitur ad sex intestina. Per pulsum vacuum indicatur portio *Lí*, cor videlicet intra habere timorem, unde sanguinem debilitari. Per pulsum celerem indicatur portio *Kien*, pulsus hic si ingreditur, mortem nuntiat, si egreditur, vitam. Per pulsum quasi ligatum & densatum portio *quen* est totum in umbilici lateribus. Per pulsum vicarium indicatur media terra, quæ dominatur supremæ, mediæ & infimæ partis corporis tribus originibus ac illorum æqualibus spiritibus. Per pulsum trahentis indicatur portio *Xin*, antè & retrò habet aquam, illa & ignis mutuò se opprimunt per suos spiritus. Per pulsum motus indicatur *Keú*, dominatur sanguinis monti, quem debilitat. Per pulsum subtilem indicatur portio *Cyen*, dominatur autumno, indicat metalli habere nimium, &c.

De novem viarum pulsibus.


PRimus pulsus *Chám* seu longus est naturæ *yam* seu caloris primigenii, digitus infrà perquirens reperit in tribus locis instar hastæ, cui quis innititur, cum elevatur est nimius; vocatur longus, transiliendo etiam propriam sedem etiam appellatur longus; dominatur perturbationi corporis, est calidus; noctu æger dormiens non quiescit.

Pulsus *Chám* ex antiquissimo Codice.

Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Car-


Carmen loquitur.

LOngus pulſus ſi videatur in tribus locis digitus infrà percipit illum, & adveniente vere redit; indicat caloris primigenii venenum eſſe in membris, tertiam partem corporis calere. Paulatìm procura ſudorem, incipiet poſſe quieſcere.

SEcundus pulſus *Tuoń* ſeu brevis eſt naturæ *yñ* ſeu humidi radicalis, digitus infra perquirens reperit illum non pervenire ad propriam ſedem & locum; vocatur brevis; dominatur quatuor partibus corporis, indicat malignum ſudorem intra ventriculum producere ſpiritus, & ſumptum cibum non digeri.

Pulſus *Tuoń* ex antiquiſſimo Codice.

Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.




Carmen loquitur.

PUlſus *Tuoń* ſeu brevis humidum radicale intra habet cadentem & depreſſum calorem primigenium; ſpirituum fundamentum tertiæ partis corporis nequit florere, inteſtina intra eſt frigus, cibus producit frigidos ſpiritus, ſi magnus fluxus alvi pervadit inteſtina, hinc conſequitur quies.


TErtius pulſus *Hiũ* ſeu vacuus naturæ eſt *yñ* ſeu humidi radicalis; digitus infrà perquirens reperit non ſufficere, cum elevatur etiam ita eſt; vocatur vacuus; dominatur paucis viribus & multo timori; cor intra magnus eſt metus; parvulus puer metuit ventum.

Pulſus *Hiũ* ex antiq. Codice.

Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Carmen loquitur.

TError intra cor incutit multum metum, in tribus locis determinare moram & intervallum. Illum pulsum difficilè est explorare. Sanguinis vacuitas in membris ac intestinis producit molestiam caloris. Restaura amplius tertiam partem corporis & statim assequeris quietem.


QUartus pulsus *Sŏ* seu celer est naturæ *yam* seu caloris primigenii; digitus inferius percipit illum valdè frequentem & simul morari in primo loco; vocatur *Sŏ* seu celer, qui si paulatim augeatur, nuntiat mortem, si verò paulatim ingreditur, vitam.

Pulsus *Sŏ* ex antiquissimo Codice.


Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.




Carmen loquitur.

SŎ seu celer pulsus si sit, primò accedit & postea egreditur locum *Quoan*. Si ordinariè & semper resideat in loco primo *Cun*, indicat sanguinem facere puncta picta seu stellas, & si repentè paulatim ingrediantur in corpus, homo ille vivitat; si interdum augeantur, vita dependet à cœlo.


QUintus pulsus *Kiĕ* seu ligatus est naturæ *yn* seu humidi radicalis; digitus infra reperit illum interdum accedere, & exploratus verè redire comperitur; vocatur *Kiĕ* seu alligatus; dominatur quatuor partibus corporis, indicat spiritus tristes conjunctos dolori interdum advenire.

Pulsus *Kiĕ* ex antiquissimo Codice.


Imago Prima.



Ex modernis Secunda.



Tertia.



Carmen loquitur.

MOrbus aggregationis ſpirituum naſcitur in ſtomachi membri lateribus, magna inteſtina dolorem patiuntur difficilis curationis,ſolum illi convenit diminutio, quæ per purgationem in tertia parte corporis ignis fieri debet. Non decipit multum Regula,tene & ſtatue in memoria fortitèr.

SExtus pulſus *Tay* ſeu vicarius eſt naturæ *yn̄* ſeu humidi radicalis; digitus infrà reperit moveri illum & iterum ſe erigere, ſed iterum ac iterum nequit ex ſe redire; vocatur *tay* ſeu vicarius; dominatur figuræ & vultui macilenti & deficientis, os illius non poteſt loqui.

Pulſus *Tay* ex antiquiſſimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.








Carmen loquitur.

PUlſus *Tay* ſeu vicarius interdum movetur ſicut natans, iterùm redit ſe erigere, ſed cum videtur rediiſſe, non eſt. Indicat tres origines veri ſpiritus inſecutos ventum abiiſſe, anima & corpus convenire.

SEptimus pulſus *Kien̄* ſeu trahentis naturæ eſt *yn̄*, digitus infrà reperit illum & ſtatim non eſt, ſed eum examinatur, verè eſt; vocatur *Kien̄* ſeu trahentis; dominatur oſſium interno dolori & ſpiritibus demorantibus in ſuperficie.

Pulſus *Kien̄* ex antiquiſſimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.








Carmen loquitur.


PUlſus ſi ingrediens pellem & carnes ſit, diſcurras quietem eſſe difficilem; ſemper ſpirituum celeritas & motus eſt ante pectus, ſed cauſa eſt, quod aqua & ignis mutuò ſe ſuperent. Cupis mederi morbo,remedium quære à cœlo.

OCtavus pulſus *Tumi* ſeu motus eſt naturæ *yn* ſeu humidi radicalis; digitus infra reperit illum, videtur eſſe, ſed cum elevatur & redit, non eſt; iterum atque iterum perquirendo illum non elongatur à ſuo loco, non recedit, non venit; vocatur *Tumi* ſeu motus; dominatur quatuor partibus corporis. Ex vacuo exortâ defatigatione indicat deſtructa eſſe intrà omnia & ſanguinis profluvium.

Pulſus *Tumi* ex antiquiſſimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.







Carmen loquitur.

MOtus pulſus radix & origo ſunt ſpiritus dominantes humido radicali; in tribus locis digitus infra reperit profundiſſimum, indicat ſanguinem montis unius inſtar decidere & perdi in illo anno & Luna. Animoſus vir & magni nominis Medicus ſolus poterit invenire.

NOnus pulſus *Sy* ſeu ſubtilis eſt naturæ *yn* ſeu humidi radicalis; digitus infrà reperit illum ſubtiliſſimum; videtur inſtar goſſypii, accedit & recedit valdè parvus; vocatur *Sy* ſeu ſubtilis; dominatur ſuris, dolorem indicat medullarum ob frigus; defectum virium & diminutionem perfectionis.

Pulſus *Sy* ex antiquiſſimo Codice.

Imago Prima. Ex modernis Secunda. Tertia.


Carmen loquitur.

DEfectus virium, carentia integritatis, ſurarum interior dolor, figura & facies aduſta, capilli & pili arefacti cum occurrunt in autumno quinta tempeſtatis via *Cyam*, ſic vocata à pruina Lunæ, ne, quæſo, cures morbum, abſolutè enim de ſe ſolvetur, &c.

DE

DE

EXPLANATIONE PULSUUM REGULÆ, ET DISCURSUUM VERORUM,

Liber Quartus.

Regnante in Occidente Familiâ Cyn', Authore & Commentatore Vám Xó Hó.

In sinistra & dextra manu explorandorum pulsuum Carmen.

IN sinistra & dextra manu necesse est juxta tempus quatuor tempestatum anni nosse pulsus. Præterea si alicubi in numero 45. pulsuum vel una vice quiescit & subsistit pulsus, digitus explorans infra pulsus chordæ similem, celerrimum, exundantem, intensum, si juxta tempora debitos reperiet, indicant esse ventum & calorem magnum. Si accidat esse pulsum debilem, languidum, profundum, subtilem, indicat frigoris morbum occupasse corpus & affligi à spiritibus. Deinde notare debes, si pulsus se invicem vincant, perquire quinque elementa; item pulsum stillicidio domus & avium carpentium grana similem, cui nunquam mederi poteris.

De sex locorum pulsuum numero, qui illa perpendit Discursus.

Sequens Discursus non est Autoris Vám Xó Hó; sed est insertus à Medicis, &c.

AUtor *Kiĕ kú* dicit: In sinistra & dextra manu qualibet distingue membrorum & sex intestinorum & viarum, quæ ab illis sunt, sedes. Interdum habent

dum habent pulsuum ictus celeres & multos, & vocantur calidi; interdum habent ictus paucos, & vocantur frigidi; quilibet pulsus sequitur loca distincta; collige, quomodo illi dilatantur, mutantur, contrariantur vel adjuvant & obsequuntur; istis cognitis non negligas, quod celer faciat calorem, & tardus pulsus faciat frigidum Dicti pulsus habent quinque elementorum numerum; singuli habent naturalem operationem & mutui prælii & victoriæ numerum. Sic ab arboribus vincitur metallum & occupatur; ignem vincit aqua & extinguit; metallum superat ignis & liquefacit; terra superat arbores & damnificat; aqua superat terram & destruit; quinque membra respondent quinque elementis singula &c. (Nota 19. verba Sinica hîc carere suâ explicatione.) Quinque videlicet elementa pervadunt membra, & immutant ac mutuò dilatantur; etiam mala vacui & repletionis. Contradictio & obsequium naturale nonne procedit & ingreditur supra dictam rationem.

De sinistræ manus loco primo (un' & de cordis viæ pulsu Carmen.

Sinistræ manus capitis digitus, hoc est index, ignis filius dicitur, ac quia ignis statum, hoc est, cordis explorat pulsum, si pulsus sint quadraginta quinque ictuum, nihil est alterius negotii. Si post triginta & unum ictum connaturalis pulsus cordis est, repentè pulsus appareat profundus & in momenti intervallo deglutitur; ubi veris tempore venit & redit iterum, connaturalis cordis pulsus est. Ille pulsus in vere deprehensus, ubi venerit ad æstatem, indicat luctum; si in æstate occurrat ejusmodi pulsus, indicat in autumno destructum iri corpus. In autumno pulsus si sit ejusmodi, etiam videre oportet, an æqualitèr antè fuerit numerus; & si in hyeme pulsus naturalis profundus post triginta unum ictum habuerit natantem pulsum, omninò moritur (hoc est tertio mense.)

In sinistra manu exploratoris digiti viæ hepatis pulsuum Carmen.

In sinistra manu digitus explorans locum medium *Quoan* etiam explorat arborum pulsum conjunctum; si pulsus pro tempore debitus redeat oportet, si veniat unâ viâ subsistens, hoc est, post triginta sex ictus; si appareat profundus vere veniens, indicat hepatis membrum habere ventum & calorem magnum. Si post viginti novem ictus debitus pulsus appareat rarus, debilis, indicat proprium membrum, indicat venisse nervis finem & destrui fundamentum.

tum. Si post novendecim ictus naturalis pulsus statim appareat profundus, indicat hepar destrui. Nunquam homo ille liberari poterit à morte,

In manus sinistræ loco tertio Chě à vesicæ via pulsuum Carmen.

IN sinistræ manus loco tertio viæ vesicæ pulsus si reperiatur à digito habere triginta vel quadraginta quinque ictus, indicat esse sine morbi defectu. Digitus infrà si inveniat celerrimos ictus, vel pulsum chordæ similem verni temporis indicat esse illîc calorem, hîc ventum. Pulsus temporaneus repentè accedat recedatque languido-tardus, valdè indicat vesicam destrui & tunc necesse est citò accurrere. Iste morbus sæpè sequitur frigoris mutationem, quæ venit; qui morbum curaverit, meretur mille scuta. Si post viginti quinque ictus naturalis pulsus profundus superveniat, indicat vesicam destrui. Medicus non gaudet ad pulsum illius manus; nam instar balistæ vires sunt, & flavedinis fons est ante oculos & etiam transversim, indicant finem non longè abesse.

In dextra manus primo loco Cun' de via pulmonum pulsu Carmen.

IN dextra manu index locum explorans simul viæ pulmonum conjunctæ loco pulsum explorat, qui si connaturalis 45. sit ictuum, non habes cur tristeris. Si sit valdè celer, intellige esse interius ventum. Præterea si videas post viginti & amplius septem naturales pulsus sentire repentè infra digitum venire languido-tardum indicat pulmones frigere, non dicas nihil magni esse; nam uno modo pulmones destruuntur. Si sit irrepens pulsus profundus indicat infectum morbo somnolentiæ. Considera quæso ista verba: Si post 12. ictus debiti pulsus & etiam non venit, sed subsistit, indicat tussim, ejectionem puris difficillimæ curationis, capillorum ejectionem instar stuppæ, solum durat aliquo tempore. Autor Pieú kó libro ait; difficillimè liberari potest.

De manus dextræ medio loco Qnoañ & digito exploratore viæ stomachi pulsuum Carmen.

IN manu dextra per alterum digitum (ab indice) explorabis loco medio viam adjunctam stomachi. Si 45. ictus pulsus debiti sint, nihil dubites. Si sint celeres ictus, dic esse stomachum calidum valdè, & quod cibos non pos-

ſit digerere. Reſolve ſic, cupis ſcire morbos qui multi ſunt à frigore: digitus infra reperiat ſi languidum valdè & tardum pulſum, vomitus contradicit, nec habet reſolutum iter per decem dies & ventris ſpiritus in medio cordis illud lædunt, & ſolum vitam alicujus temporis tribuunt.

De dextra manus tertio loco Chĕ & porta vitæ via pulſibus Carmen.

IN dextra manu viam portæ vitæ tertius digitus ab indice explorans infra, ſi 45. quinque ictus reperiat, non oportet timere. Si poſt novendecim ictus quaſi intra meditandum appareat profundus, centum ſunt mortui nec unus evaſit, vita deſtruitur.

Explorando morbos vitæ vel mortis indicia explicans Carmen.

QUinquaginta ictibus pulſuum & nullo ſubſiſtente, dic corpus eſſe ſine morbo. Si intra numerum ſit interpellatio & quies, omnia noveris reſolvere. Poſt 40. & unum ictum ſemel ſubſiſtens pulſus, indicat membrum unum deſtrui & certò poſt quatuor annos mortem. Poſt triginta & unum ictum ſi ſubſiſtat, indicat mortem poſt tres annos. Poſt 20. & ſemel ictum ſi ſubſiſtat, indicat poſt duos annos mortem. Poſt 15. ictus ſi ſemel ſubſiſtat, poſt unum annum mortem. Porrò in numero minori ſi contingat interpellatio, de hoc vide crudeles morbos.

Explorandorum atrocium morborum Carmen.

DUabus vicibus pulſus veniens & ſemel ſubſiſtens interdum poſt tres vel quatuor ictus. Si poſt tres ictus ſemel ſubſiſtat, indicat poſt ſex vel ſeptem dies mortem. Si poſt quatuor ictus ſemel ſubſiſtat, indicat poſt octo dies, & eodem modo deduces, ſed conformitèr ad ordinem & numerum interpellationum.

De Figura ſeu ſtatu atque morbo ſibi invicem contradicentibus Carmen.

VAgabundi hominis ſi pulſus ſit ægrotantis, dic ambulare cadaver. Ægroti hominis pulſus varii, etiam idem judicium habent hominis proceri; ſi pul-

pulſus ſint hominis brevis & macilenti; ſi pulſus ſint hominis pinguis ſimilitèr judica & ſubtili diligentia cordis explora hæc indicia, & conforma judicium.

De explorandis quatuor morbis quinque elementorum mutuæ pugnæ & victoriæ pulſibus.

VErno tempore ſi autumni pulſum habeas, reſolve te noſſe mortem; mors accidit in cyclo ſexagenario inter diem *Kem* & *Syn* & inter *Xin* & *yeu*. Tempore æſtatis ſi habes hyemis pulſum, etiam eodem modo redeundo in cyclo ſexagenario dies *Syn* & *Kem* eſt tempus determinatum mortis. Tempore hyemis explorando ſi habeas quintæ tempeſtatis pulſum Lunæ *Siô* vel Lunæ *Sú*, vel Lunæ *Xiú*, vel Lunæ *Sié*, redit idem periculum mortis. Autumni tempore ſi habeas æſtatis pulſum, etiam idem quod antè eſt cauſa, quod diebus *pim* & *tym* mutuò præliantium victoria acciderit. Quintæ tempeſtatis Luna, quæ eſt in æſtate, ſi habeat veris pulſum, victoria accidit in die *kiá ym* cycli ſexagenarii; morbus reſpondet magnus. Directè occurrendo tempus *yè* & *maò* etiam nulla eſt concordia; nam eſt quinque elementorum mutuò cum ſpiritu præliantium tempus.

De explorando in quatuor temporibus vacuo & repletione Carmen.

IN vere ſi habeas hyemis pulſum ſolummodo eſt vacuus, etiam reſtaurabis, & veſicæ morbus ex ſe aufertur. Si habeas æſtatis pulſum, ille eſt cauſa in corde repletionis, ut redeat priſtinus pulſus, ſolve ſeu purga filium, de ſe nil mali eſt. In æſtate, autumno, hyeme pulſus omnes ſi ita ſint, ſi irrepant ex anteriori loco, indicant vitium repletionis; ſi ex poſteriori ſunt à vitio vacui; in vere ſi habeas quintæ tempeſtatis pulſum, non medearis valdè morbo, nam ex ſe tollitur.

De maligna Febri Carmen.

IN maligna febri & caloris morbo iidem apparent pulſus; implent manum, pervadunt loca, ſunt exundantes & celeres, exeunt & perveniunt ad locum *fum men*, tranſeunt locum magni caloris; intra unum diem ſi appareant, à periculo liberant. Renum ſi limitem tranſeant, & ſit parvus & languidè aſcendat, directeque deveniat eſſe cadens interdum, & qui tempore duplicato quæratur intra palmam; ſi videas languidum & tardum pulſum, à ſiccitate mor-

 bos

bos multos non esse magnos, Scias magnos omnes de die convenit perquirere, iterum & crescere, sed tardos, celeres, exundantes parvos amplius diminui.

Etiam Carmen loquitur.

CAlidus morbus oportet ut habeat pulsum natantem, exundantem; nam si sit subtilis, parvus, inanitèr consumis operam. Post sudorem pulsum quietum statim convenit esse in morbo. Si spiratio calida & pulsus perturbatus sit, scito, vitæ respondere finem.

Morbi à caloris primigenii veneno causati, Carmen.

CAloris primigenii malignitas si causat crescere perturbationem & quatuor partium molestiam, faciei ruborem, oriri in illa flores & prodire maculas seu puncta, delirii verba & temerarium sermonem, quasi si videat spiritus & sanguinis fluxum, motum nimium faciens gutturis sine quiete, sudor prodiens ad extrema corporis respondens magno malo, piscis instar os apertum, indicia sunt vitæ velle finem accipere & destructionem; habeat quamvis medicinam, solum non proficit. Si potest in malo transigere septem dies, tunc poterit quiescere & evadere.

Morbi ab humidi radicalis veneno exorti Carmen.

HUmidi radicalis maligna febris causat in corpore gravitatem, humerorum oppressionem, oculorum dolorem, qui non potest sufferri; ventriculi vehementem dolorem, os habet cæruleum vel nigrum colorem, venenosi spiritus pervadunt cor, & dilatatur absque obstaculo in quatuor partibus defectuosum frigus: Solum est cura de vomitu, non est pervium guttur; pulsus est subtilis & profundus; si potes citò mederi umbilici residentiæ infra & sex diebus videas transigere, apparebit lætitia magna.

Ex omnium perscrutatione morborum vitæ & mortis Carmen.

SI in morbo ventris & interioris adipis appareat pulsus magnus, evasisti periculum; si vacuus & parvus, vita perit; oportet esse balistæ intensæ vires.

In

Ad præcedentem plantam pertinet, est acre & subcalidum, ingreditur stomachum, dolores ventris sedat, purgat humores malignos. Nescio propriè quid sit. Dicunt esse excrementa animalculi cujusdam arboris. Ex provincia Leâo tûm prodit hæc medicina.

62. Quon tum hōa.

Est flos acro-dulcis, tepidus, ingreditur cor & pulmonem, catarrhos pellit, sitim sedat, & solvit phlegmata.

63. Tan pī.

Est arboris cortex, acris, amarus, subtepidus, ingreditur hepar, aperitivum est, tollit sanguinem corruptum &c.

64. Kiam hoām.

Est radix acri-amara, valde frigida, oppilationes menstrui sanguinis solvit.

65. Tō

65. *Yŏ kiñ.*

Eſt radix acri-amara, tepida, cum præcedenti ejusdem generis, niſi quod ſit minor, ingreditur cor & pulmonem, noxium ſanguinem diſſipat.

66. *Cim̄ tai.*

Eſt herba amaro-dulcis, friga, ingreditur lienem & hepar, calorem ſolvit, necat vermes, & ſiſtit alvi fluxum.

67. *Cù hœi, ſeù Aloë.*

Amarum & frigidum eſt. Ingreditur cor & renes, oculos purgat, ſolvit calorem.

68. *Jŏ keù.*

Eſt nux Malacenſis, acro-amara, acerba, tepida, ingreditur lienem, ſtomachum, inteſtina majora, ſedat viſcerum dolorem, juvat digeſtionem, debilem ſtomachum confortat &c.

69. *Hiuèn hû ſŏ.*

Eſt radix acri-amara, tepida, ingreditur cor, pulmonem, lienem, ſtomachum, juvat partum.

70. *Hû hoâm lièn.*

Eſt radix amara frigida, ingreditur hepar, fel, ſtomachum. Reſtaurativa eſt. Dyſenteriam ſiſtit.

71. *Siaò hoêi hiam̄ ſeu Meum.*

Eſt ſemen acri-dulce, tepidum. Ingreditur ſtomachum & renes, medetur viſcerum dolori, Aperitivum eſt.

72. *Pĕ keù.*

Eſt fructus acris, tepidus, ingreditur pulmonem, lienem, ſtomachum, digerit phlegmata, & ſiſtit vomitum.

73. *Tà fú çù.*

Eſt radix rotunda, in ſpeciem coni, acri-dulcis, valde calida, multum veneni continet, ingreditur omnes vias, multum reſtaurativa eſt virium, & extremæ debilitatis; moribundis datur. Hæc radix ita corrigitur; per 7. vel 8. dies relinquitur in urina puerili, indies renovata (alii dicunt in aqua ſufficere.) Deinde in fruſta 7. vel 8. delicata ſcinditur, & inter ſingula ponunt fruſtum Zingiberis, multâ papyro involvunt, & intra cineres ignitos reponunt, donec papyrus illa fere exuſta ſit. Ita credunt ſublatum radicis venenum, & innoxie ſumi poſſe. Dum autem ſumunt, cavent ſibi à Zingibere illo ſumendo. Prægnantes ne utantur eâ. Si non omnino ejus venenum ſublatum ſit, judicant hoc puſtulas in toto corpore erumpere.

74. *Puōn*

74. *Puon hiá.*

Est radix acris, causativa frigoris & caloris, habet venenum, ingreditur pulmonem, lienem, stomachum. Corroborativa seu restaurativa est, sistit vomitum, digerit phlegmata. Hâc radice non uteris cum præcedenti: nec comedes carnem ovillam.

Correctio ejus hæc est.

Cum Zingibere contuso excoquitur, post coctionem scinditur, & si appareat albicans quid, signum est nondum satis percoctum, adeoque adhuc venenum ei inesse. Nota; quæ in capsa sunt, esse adhuc cruda, adeoque venenum suum continere.

75. *Tá hoâm.*

Est radix amara, valde frigida, caret veneno, ingreditur lienem, stomachum, intestina, cor, hepar, cruda aufert, seu dissipat tumores venenosos, vel à sanguine corrupto ortos, solvit sanguinem coagulatum. Septies cocta ad vaporem aquæ ferventis, & toties iterum ad Solem siccata, restaurat sanguinem.

76. *Kiě kem̀.*

Est radix acra, subtepida, continet modicum veneni, ingreditur pulmonem, cujus calorem nimium dissipat; utuntur cum hac, ut & cum aliis nonnihil venenatis, Glycyrrhizâ, quam dicunt auferre omnium ferè medicamentorum venena, exceptis quibusdam, cum quibus vetant sumere Glycyrrhizam.

77. *Ngô xǒ.*

Est radix acri-amara, tepida, oppilationes solvit & aperit.

78. *Tim̂ liě.*

Est radix acro-dulcis, frigida, continet modicum veneni, ingreditur pulmonem, cor, lienem, ureteres. Sedat ureterum dolores, ex ventositatibus & noxiis vaporibus ortas. Aqueos tumores solvit.

79. *Cān sūi.*

Est radix amaro-dulcis, valde frigida, habet venenum. Medetur Asthmati; corruptum sanguinem frangit; oppilationes à cibo solvit, tumorem genarum tollit. Ne cum hac utare Glycyrrhizâ. Per triduum imponunt aquæ cum Glycyrrhiza, & cum *Cin̂ kieū* radice, de qua N. 46. Aqua illa nigrescit tota, & aufert venenum ab hac radice quam dein usurpare licet, uti alias.

80. *Pě kiě.*

Est radix acro-amara, subfrigida, temperata, tumores pestilentes dissipat, fœtum mortuum in utero movet, & vermes necat.

81. *Pĕ lieǹ.*

Eſt radix alba, amaro - dulcis, temperata, ſubfrigida, tumores peſtilentes diſſipat, oculorum calorem ſedat.

82. *Cim̄ ſiam̀ çù.*

Eſt ſemen amarum ſubfrigidum, ingreditur cor & hepar. Pruritum & calorem à cute diſpellit. Vocatur Almoremas, (ſemen videtur Luſitanis dictum Bredobajam.)

83. *Tá kiĕ*

Eſt radix amaro - dulcis, valde frigida, habet venenum, ingreditur duodecim vias. Hydropi medetur, aperit meatus inteſtinorum & iliorum. Menſtruum facilitat. Ne utare cum hac Glycyrrhizâ, nec *yueñ hoã* de qua N. neque *haì caò.*

84. *Hŏ xeù ū.*

Eſt radix magna, amaro - dulcis, ſubtepida. Ingreditur duodecim vias, reſtaurat humidum radicale, & ſpiritus, ulceribus & puſtulis medetur, ad capillos & barbam nigro colore tingendam appoſita eſt, & in uſu.

85. *Xam̄ lŏ.*

Eſt radix acro - acida, frigida, habet venenum, ingreditur lienem, ureteres, inteſtina minora. Hydropi & tumoribus aqueis medetur. Cum radice *Tá kiĕ*, de qua N. 83. eoſdem fere effectus habet. Coquitur per ſex horas, cum foliis fabarum, ut tollatur venenum.

86. *Gueī lim̀ ſieñ.*

Eſt radix amara, tepida, ingreditur duodecim vias, ventoſitates omnes diſpellit, ſedat dolores lumborum, genuum & pedum.

87. *Poī mâ çù.*

Eſt ſemen acro - dulce temperatum, habet modicum veneni, aqueos humores diſpellit.

88. *Nañ ſim̄.*

Eſt radix acro - amara, temperata, habet venenum, ingreditur lienem & pulmones, medetur malo apoplectico, ex vento repentino & phlegmatibus orto. Ulcerum interiorum & exteriorum venenum tollit. Morſibus venenatorum medetur. Tollitur ejus venenum, coquendo cum Zingibere contuſo, & *puoñ hiá*, etiam prius cocto, de qua N. 74. dictum eſt.

89. *Pĕ kieñ nieū.*

Eſt ſemen album amarum, frigidum, habet venenum, dimittit noxios vapo-

vapores, aqueos tumores ſolvit, pedum morbos tollit. Tollitur venenum, coquendo ad vaporem vini bullientis per 6. horas.

Hĕ kieñ nieû.

Eſt ejusdem generis ſemen, nigri coloris.

90. *Sieñ mâo.*

Eſt radix acris, tepida, habet venenum. Ingreditur hepar & renes, medetur frigiditatibus cordis & viſcerum, obſtructionem membrorum aperit, & vires reſtaurat. Venenum ei eximitur, una nocte relinquendo in aqua fabarum, deinde vini bullientis vapore per medium diem excoquitur. Non uteris vaſe ferreo, nec comedes carnem bovinam, vel lac.

91. *Lieñ kiâo.*

Eſt ſemen amarum, ſubfrigidum. Ingreditur cor, hepar, fel, ſtomachum, inteſtina majora, & cæteras partes corporis. Calorem nimium ſanguinis diſſipat, humores ulceroſos purgat, necat vermes, menſtruum juvat.

92. *Teñ lim̃.*

Eſt radix amaro-fridida, ingreditur pulmonem, quem purgat, tuſſim, ſedat.

93. *Cŏ ſúi pù.*

Eſt radix amara, tepida, ingreditur renes, oſſium rupturis medetur, dentes fortificat, aufert venenum, necat vermes. Auferuntur ejus capillares fibræ ſeu pili.

94. *Pĕ ſú cù.*

Eſt radix dulcis, tepida. Ingreditur pulmones & lienem; Catarrhis, raucedini, & frigiditatibus à vento ortis medetur.

95. *Xam̃ teú keñ.*

Eſt radix dulcis, frigida, ingreditur cor & pulmones, ſolvit omnium medicamentorum venena. Gutturis doloribus medetur. Calorem diſſipat.

96. *Hû lû pã.*

Eſt radix amara, tepida. Ingreditur renes, & ureteres, reſtaurat facultates.

97. *Xam̃ cû cũ.*

Eſt radix, aliquid veneni continet, ulceroſis tumoribus medetur, naſi puſtulas è vino ortas tollit.

98. *Tem̃ cào.*

Eſt herba inſtar arundinis Cannæ, nullius ſaporis, ſubfrigida, ingreditur cor, cujus calorem ſolvit, uti & oculorum. *Tiem̃ ſiñ* eſt cor, ſeu medulla ejusdem Cannæ, & eosdem effectus habet.

99. *Kiû kì cù.*

Eſt ſemen dulce, temperatum. Ingreditur pulmonem & renes, corroborat humidum radicale. Reſtaurativum eſt, pacificat ſpiritus; ſitim ſedat, aperit inteſtina ac ilia.

100. *Xan̄ yŏ.*

Eſt radix dulcis temperata, ingreditur pulmonem, lienem, renes, reſtaurat, & corroborat humidum radicale, calorem diſpellit, alvi fluxum ſiſtit, ſpiritus pacificat. Radix alba eſt optima, Luſitani vocant Inhame.

101. *Quā leù.*

Eſt ſemen, ingreditur pulmonem, digerit phlegmata diſſipat calorem, aufertur ejus cortex; qui fluxu alvi laborant, non utentur ea.

102. *Sū cù.*

Eſt ſemen, ingreditur pulmonem, ſpiritus triſtes diſpellit, digerit phlegmata, tuſſim ſedat, & aperitivum eſt.

103. *Chuen̄ rium̄.*

Eſt radix acris, tepida, ingreditur hepar, medetur doloribus capitis & catarrhis, albi coloris eſt optima.

104. *Fam̄ fum̄.*

Eſt radix acro-dulcis, tepida, intrat pulmonem. Calorem pulmonis ſolvit, & ventoſos ſpiritus diſcutit.

105. *Hiam̄ fú cù.*

Eſt radix amara ſubtepida, ingreditur pulmonem & hepar, digerit phlegmata, laterum dolori medetur. (An ſit quod Italice Traſi?)

106. *Cù chì.*

Eſt ſemen tepidum. Ingreditur renes. Eſt reſtaurativum & corroborativum renum, laterum & genuum.

107. *Châm xan̄.*

Eſt radix acro-amara, frigida, habet venenum, ingreditur hepar, ſolvit phlegmata. Febribus utilis eſt. In vino una nocte relinquitur, dein in partes minutas ſcinditur, ac coquitur.

108. *Sò yâm.*

Eſt radix tepida, valde reſtaurativa eſt, emollit alvi duritiem.

109. *Miĕ mûm hoā.*

Eſt flos dulcis, frigidus, oculorum morbos ſeu nebulas diſpellit, intra hepar.

110. *Xā*

110. *Xā gîn.*

Est semen acre-tepidum, intrat pulmones, lienem intestina omnia, renes, ureteres, stomachum; sistit vomitum & dolores viscerum, digerit cibos. Eximitur ei cortex, (videtur species Cardamomi esse.)

111. *Caò quò.*

Est fructus acris, tepidus, ingreditur stomachum, digerit comestionem, & phlegmata, malignitatem dissipat. In tertianis febribus utile.

112. *Nieū pam̂ çū.*

Est semen acre, tepidum, ulcerum tumores deprimit, gutturis dolores sedat.

113. *Pŏ hŏ.*

Est herba pulegium, acris tepida, ingreditur pulmonem & hepar. Est aperitiva, juvat digestionem, calorem à vento ortum tollit.

114. *Çam 'lh çū.*

Est semen dulce, tepidum, vomitum & catarrhos ex frigiditate dissipat.

115. *Kīn īn hoā.*

Est flos dulcis, ulcera sanat, dissipat humores ne ulcera excitent.

116. *Sù kiūn çū.*

Est semen dulce, tepidum, intrat lienem & stomachum, aperit meatus urinæ, & necat vermes.

117. *Leâm kiām v. cān kiām.*

Est radix subcalida, calefacit interiora læsa à frigiditate: forte est Galanga, de hac radice sicca.

118. *Xĕ lién çū.*

Est semen amarum, frigidum, aperit stomachum, calorem dissipat. Eximitur ei nucleus, seu medulla, seu cor.

119. *Kień xĕ.*

Est radix dulcis, temperata, ingreditur lienem & renes, quos corroborat, uti & intestina.

120. *Sān nâi.*

Est amarum & frigidum.

121. *Hò mâ gîn.*

Nisi fallor, est nucleus aut fructus arboris, dulcis, temperatus, intrat lienem, & stomachum, aperitivum est.

122. *O kiāo.*

Eſt ex lapillo, (certi putei in Provincia *xañ tum* qui alibi non reperitur.) contuſo, cum aliis ingredientibus confectum. Digerit phlegmata, & temperat ſanguinem. Poſt partum eo utuntur mulieres.

123. *Cŏ keñ.*

Eſt radix dulcis, temperata, ingreditur ſtomachum & inteſtina magna. Febris malignitatem diſpellit, ſitim ſedat & vini malignitatem diſſipat.

124. *Pĕ hŏ.*

Eſt radix ſubamaro - dulcis, temperata, ingreditur cor & pulmones, reſtaurativum eſt, tuſſim ſedat, & malignitatem diſſolvit.

125. *Feū puēn cù.*

Eſt ſemen dulce, temperatum, pulmonis vacuitatem reſtaurat, & corroborat humidum radicale.

126. *Xă yuēn ciĕ lì.*

Quid ſit neſcio.

127. *Im̄ ſŏ cŏ.*

Quid ſit nondum comperi.

128. *Hû mâ.*

Eſt dulcis, temperata, ingreditur lienem & pulmonem, reſtaurat & corroborat oſſa & nervos, puſtulas ſanat, in febribus hujus uſus eſt.

129. *Cam̄ xŏ.*

Eſt radix acro - dulcis, tepida, intrat lienem & ſtomachum, confortativa eſt, & reſtaurans. Humiditates noxias tollit. Ne hâc utare cum radice *pĕ xŏ* de qua N. 8. Inteſtinorum meatus etiam aperit.

130. *Cieñ kiñ cù.*

Eſt ſemen, quid amplius neſcio.

131. *Hueǹ hoā, vel yueǹ hoā.*

Eſt flos, non inveni illum.

132. *Hûm hoā.*

Eſt flos rubei coloris, acris ſaporis, tepidus, intrat cor & hepar, ſanguinem corruptum ſolvit.

133. *Chueñ ſañ ciĕ.*

Quid ſit neſcio, in Provincia *Fú chueñ* naſcitur.

134. *Mĕ yâ.*

Quod è tritico enaſcitur ſeu prorumpit. Eſt ſalſo - dulce, temperatum, intrat lienem & ſtomachum, digeſtiones juvat, digerit phlegmata, (frumentum herbeſcens & floridum videtur.)

135. *Ngeù*

135. *Ngeù cĩè.*

Lusitanice dicitur Golfac. Sunt nodi seu articuli aut etiam radix. Fructus illius dulcis & temperatus est. Intrat renes & cor. Est restaurativum; sistit dysenteriam & vomitum. Flos sanguinem sistit & serenat cor.

136. *Cin fum̄ tem̄.*

Sunt rami uti uvarum. Frigiditates nervorum & ossium à vento ortas tollunt.

137. *Tù fŏ lim̄.*

Pao de China uti vocant Lusitani rubei coloris fere est, restaurat stomachum, corroborat ossa & nervos. Est & aliud præstantius, coloris albi, *Pĕ fŏ lim* dictum, de quo N. 189. dicetur.

138. *Pĕ pien teú.*

Est fabæ genus, dulcis saporis, subtepidæ qualitatis, intrat stomachum & lienem, quos restaurat, sitim sedat, humiditates tollit, calores mitigat, venenum dissipat.

139. *Lŏ pĕ cù.*

Est semen Raphani, acre, tepidum. Digestionem juvat, est aperitivum, sitim sedat.

140. *Pĕ kiái cù.*

Est semen acre, tepidum, intrat pulmonem, sudores exprimit, digerit phlegmata. Stomachi os componit.

141. *Cŏ cim̄ caò.*

Est herba acris, tepida, Gutturi affecto & dentium dolori medetur.

142. *Kien caí cù.*

Est semen acre, tepidum, Restaurat nativos spiritus (genus est Allii Sinici in cibis usitatissimi.)

143. *Piĕ pŏ.*

Est herba per sese semper movens; acris, subcalida, intrat pulmonem, lienem, stomachum, & ureteres Infra pellit ventositates. Digerit comestionem, sistit vomitum & phlegmata solvit. (Alii dicunt esse folium Bethe, quod cum Areca sumitur.)

144. *Lim̄ hiam̄.*

Folia, seu herba, dulcis, temperata, malignos spiritus pellit. Dolori viscerum medetur. Dispulsiva est.

145. *San̄ lem̄.*

Est radix amara, temperata, intrat pulmonem & hepar. Oppilationes solvit. Aperitivum est.

146. Pâi

146. *Pâi Caò.*
Sanguinem temperat, ſiſtit dolores, (neſcio an Angelica ſit.)

147. *Cañ kiam̄.*
Eſt eadem radix de qua N. 117. dictum. Niſi quod ſit hæc ſicca. Eſt valde calida; moribundis datur, quibus calor fere omnis abſceſſit. Robuſti homines ne utantur illâ.

148. *Caò puen.*
Eſt radix amara, ſubtepida, intrat ureteres, purgat flatulentias. In maligna febri hujus uſus eſt, ad capitis & temporum dolores ſolvendos.

149. *Cañ ſum̄.*
Sunt folia ſeu herba, dulcis, temperata, diſſipat malignos humores, dolores cordis & pectoris.

150. *Xĕ queî.*
Eſt amaro-dulcis, temperata, intrat ureteres & pulmonem, laterum dolorem ſolvit. Reſtaurativum eſt.

151. *Xĕ Cañ.*
Eſt amara ſubtepida, continet venenum, intrat pulmonem, hepar, lienem, tuſſim ſedat, & vapores noxios aſcendentes. Eſt aperitiva ſtomachi, clarificat oculos, ſanguinem corruptum & menſtruum ſolvit. Tollitur venenum ejus, coquendo cum Zingibere contuſo.

152. *Siuèn fŏ hoã.*
Eſt flos ſalſo-dulcis, tepidus; aliquid veneni continet, ingreditur pulmonem, hepar, inteſtina magna, & ureteres, humores quosvis diſpellit, ſolvit phlegmata. Debiliores parce illô utentur.

153. *Pum̂ xã.*
Ut puto eſt Chryſocolla, tepida, ſiſtit tuſſim, phlegmata digerit, aperit guttur obſtipatum.

154. *Cim̄ mûm xĕ.*
Eſt lapis acro-dulcis, temperatus, habet venenum, intrat pulmonem, ſtomachum, magna inteſtina. Digerit phlegmata & cibos.

155. *Cim̄ yèn.*
Eſt frigidum, oculos clarificat, reſtaurat renes, oppilationes ſolvit. Videtur eſſe ſalis genus

156. *Hoã*

156. *Hoǎ xě.*

Eſt lapis albus, inſtar cretæ, dulcis, frigidus, intrat ſtomachum & ureteres, provocat urinam, aperitivus eſt meatuum inferiorum. Venenum diſſipat.

157. *Lieû hoâm.*

Eſt ſulphur acidum, valde calidum, habet venenum, intrat portam vitæ, quæ eſt inter renes. Reſtaurat inferiorem corporis partem, frigus tollit, necat vermes. Difficile eſt explicatu, qui venena tollat.

158. *Tum̀ cim̄.*

Videtur eſſe ærugo raſilis. Eſt amaro-acerbum, ſiſtit ſanguinem, oculos clarificat, necat vermes.

159. *Cû xě.*

Eſt marinus lapis, acro-ſalſus, frigidus, intrat renes, & humiditates & dolores totius corporis diſſipat: reſtaurat vires. Si quis puer ferrum deglutivit, facit illud evomere.

160. *Hañ xiù xě.*

Eſt frigidum, vivum calorem temperat, oppilationes ſolvit.

161. *Xě yên.*

Eſt ſal petræ refrigerans, calculum ſolvit; Hæmorrhoides mitigat. Dicunt, quod ſi mulier difficulter pariat, ſi utraqua manu petram illam teneat, facilitari partum & enixuram ſine difficultate.

162. *Xùi fuen̄ vel hû fuen̄.*

Eſt frigidum, tollit venenum, necat vermes.

163. *Pě fañ.*

Eſt Alumen, acidum, frigidum, intrat pulmonem & hepar. Febrium calorem diſſipat, ſiſtit fluxum album ventris. Inteſtinum rectum extra prolapſum reprimit.

164. *Tañ fañ.*

Eſt frigidum, temperat calorem, necat vermes. Videtur Chalcanthum eſſe.

165. *Pǒ ſiāo.*

Eſt nitri genus, amaro-acre, valde frigidum, caret veneno. Calorem à vento ortum tollit. Oppilationes interiores diſſipat; digerit phlegmata.

166. *Xě Cāo.*

Eſt gypſus, acro-dulcis, frigidus, intrat lienem & ſtomachum, exprimit ſudorem, ſtomachum reſtaurat, ſitim ſedat, phlegmata ſolvit.

167. *Chum̄ jü fuen̄.*

Eſt lapis dulcis, tepidus, habet venenum, intrat pulmonem & renes. Valde reſtaurativus eſt, & aperitivus meatuum omnium & articulorum.

168. *Miĕ tŏ ſen̄.*

Eſt ſalſo-acris; temperatus, habet venenum, ſiſtit vomitum, cordis palpitationes ſedat. Vulneribus omnis generis medetur, tertianas diſpellit; cautè eò utendum. Videtur eſſe Scoria auri & argenti æris.

169. *E kim̄ fuen̄.*

Eſt acre frigidum; ulcerum venenum diſſipat. Forte eſt aliquid ex argento vivo reſiduum, ſeu terra & pulvis, ubi naſcitur. Alii putant eſſe nitri Moſcomtini fœces, ſeu nitrum pulveratum. (NB. Argentum vivum dicunt eſſe acre, frigidum.)

170. *Chĕ xĕ chī.*

Eſt lapis ruber, dulcis, temperatus, intrat cor, cujus calidos ſpiritus alit. Oculorum nebulis medetur, ſiſtit viſcerum dolores, & diſſipat ulcerum venena.

171. *Cú gen̄ tum̄.*

Eſt genus æris, ſaporis acris, temperatum eſt, intrat cor, caret veneno. Oppilationes ſolvit, contuſos nervos & oſſa conſolidat, diſſipat ſanguinem ulcerum, creat pus.

172. *Xĕ kiuĕ mim.*

Eſt ſalſum, nebulas oculorum tollit. Calorem à vento ortum diſſipat, oſſium calorem tollit. (Eſt perlarum involucrum.)

173. *Haì kin̄ xā.*

Eſt in arbore naſcens arena, parva inteſtina aperit, & pervia facit omnia, ardenti febri medetur.

174. *Xan̄ hû.*

Eſt corallium rubrum, dulce temperatum. Sanguinem exteriorem & nebulas oculorum tollit; ſanat polypum narium, ſeu carnem illam, quæ naſo innaſcitur.

175. *Hoâm tām.*

Eſt acre, amentiæ medetur & vomitui, dolores ſiſtit, creat carnem.

176. *Hiûm hoâm.*

Eſt terra ſeu lapis, amaro-dulcis, habet venenum, necat vermes, venena ulcerum tollit. Ex hac & ſequenti, ſimul & cancro Inſulæ Haynanŏ, fit præſtans cordiale de quo infra.

177 *Chū*

177. *Chū xā vel Tān xā.*

Eſt arena rubra inſtar minii, ſaporis dulcis, cruda, nondum cocta, eſt ſubfrigida: (in igne quaſi toſta, eſt valde calida & habet venenum, ideoque non utendum:) intrat cor, pacificat interiora, Sanguinis curſum pervium facit.

178. *Queí pí.*

Eſt cinamomi cortex.

179. *Hiuě kiě.*

Videtur ſanguis Draconis eſſe.

180. *Chuen̄ ciāo.*

Eſt piper Sinicum, ex provincia *Sú chuen̄.* Eſt calidum, oppilationes ex frigore tollit.

181. *Hoâi kiŏ.*

Eſt arboris fructus, nondum maturus, amaro-acidus, ſalſus & frigidus. Intrat cor, hepar, inteſtina magna, membrorum calorem veneniferum diſſipat, pruritum ſedat.

182. *Pien̓ pĕ.*

Eſt cypreſſus, quæ habet frondes non rotundas, ſed incurvas aut potius, baccina Sabina.

183. *Cān ciĕ.*

Eſt bituminis Sinici genus, acre, tepidum, habet venenum, intrat ſtomachum & omnia inteſtina; veteres humorum oppilationes, & radicatas ſolvit. Cordis dolores mitigat, corruptum ſanguinem diſſipat, necat vermes; modice utendum quia renibus nocet.

184. *Haì tum̂ pî.*

Eſt arboris cortex, amarus, temperatus, ſiſtit vomitum & Dyſenteriam.

Xān chā.

Eſt prioris arboris fructus, acidus, temperatus, intrat lienem, & ſtomachum; foras exerit variolas; digerit aut ſolvit potius nimietatem cibi & carnis.

185. *Cù kīn pí.*

Eſt arboris cortex.

186. *Náo yâm hoā.*

Eſt flos.

187. *Tá fūm cù.*

Eſt ſemen.

188. *Mŏ pĕ cù.*

Eſt ſemen, an forte nux vomica.

(F) 2 189. *Pĕ*

189. *Pĕ fŏ lim.*

Eſt radix inſipida ſubdulcis, temperata, intrat pulmonem, lienem, inteſtina gracilia; Reſtaurativa eſt: Sedat ſitim, provocat urinam. Eſt idem quod Luſitanice dicitur Pao de China, niſi quod album & multo melius ſit rubeo illo, & etiam carius multo.

190. *Sum̄ hiam̄.*

Eſt cypreſſi pix vel reſina: amaro-dulcis, tepida, ulceribus medetur.

191. *Hŭ pĕ.*

Eſt cypreſſi liquor vel reſina, qui ad radicem defluit & poſt centum annos corallium albicans producit, uti dicunt. Eſt dulcis, temperatus. Intrat cor, lienem, inteſtina gracilia; ſolvit dolorem cordis, pacificat interiora, corruptum ſanguinem tollit.

192. *Pĕ cụ giñ.*

Eſt cupreſſi fructus, ſeu glans, ſaporis acro-dulcis, temperatæ qualitatis. Ingreditur pulmonem, lienem & renes. Reſtaurativum eſt.

193. *Fŏ xiñ.*

Eſt radix confortans, & reſtaurans cor, memoriam juvat, detrahitur cortex.

194. *Xañ chū yŭ.*

Eſt ſemen acidum, temperatum, intrat pulmonem & renes. Reſtaurativum eſt.

195. *M-âm vel Muoñ kim̄ cụ.*

Eſt ſemen arboris acre, ſubfrigidum, tollit oſſium frigus, meatus omnes aperit, tuſſim ſedat, dentes corroborat, necat vermes, clarificat oculos, aures &c.

196. *U yŏ.*

Eſt radix acro-amara, tepida, intrat pulmonem & lienem, dolores pectoris ſiſtit: peſte laborantes juvat.

197. *Tú chum̄.*

Eſt cortex arboris, acro-dulcis, tepidus, intrat hepar & renes. Reſtaurat humidum radicale.

198. *Chī cụ.*

Eſt ſemen amarum, frigidum, intrat pulmonem, cujus calorem mitigat, urinam provocat.

199. *Hoâm pĕ.*

Eſt cypreſſi cortex, amarus, frigidus, demittit ignem, nervorum & oſſium calorem ſolvit.

200. *Heū*

200. *Heú pŏ.*

Eſt arboris cortex, amarus, frigidus, acris, tepidus, intrat lienem & ſtomachum. Orexin aperit.

201. *Cim̄ mŏ hiam̄.*

Eſt radix amara, frigida, flatulentias deprimit.

202. *Tí cŏ pí.*

Eſt radix ſeu cortex radicis amarus, frigidus, diſpellit calorem interiorem, refrigerat ſanguinem, & reſtaurat humidum radicale.

203. *Yĕ chí.*

Eſt ſemen acre, tepidum; reſtaurat ſpiritus.

204. *Pin̄ lâm.*

Eſt fructus (Areca Luſitanice dicitur) acris, tepidus, oppilationes ſolvit, digeſtionem juvat, ingreditur ſtomachum & inteſtina pinguia.

205. *Tá fŏ pí.*

Eſt fructus *pin̄ lam̂* cortex exterior, acris, tepidus, ingreditur pulmonem & hepar, aperitivum eſt: debiles non utentur eo.

206. *Pim̄ pieñ.*

Eſt Luſitanice Camphora, acris ſaporis, & amari. Eſt aperitiva meatuum gutturis, necat vermes.

207. *Chū lim̂.*

Eſt radix inſipida, temperata, aperitiva, meatuum aqueorum tumores ſolvit, ingreditur ureteres.

208. *Chîn hiam̄.*

Eſt arbor (à Luſitanis Aquila dicta:) Latinis Agallochum, ſtomachum calefacit, phlegmata ſolvit & oppilationes. Eſt ſaporis acris, ſubtepida, intrat renes & hepar, aperitivum eſt.

209. *Cū mŏ.*

Eſt arbor (Luſitanice Sapaoc) falſo-dulcis ſanguinem noxium tollit, menſtruum juvat.

210. *Jù hiam̄.*

Eſt thus, acro-dulce, ulceribus medetur, creat carnem, ſiſtit dolores, eximitur illi oleum.

211. *Mŏ yŏ.*

Eſt myrrha acro-amara, tepida, ulceribus medetur, dolores ſiſtit, intrat duodecim vias.

212. *Tieñ chŏ hoâm.*

Eſt dulce-frigidum, ingreditur cor, infantum catarrhos phlegmata & calorem ſolvit.

213. *Mŏ quā.*

Est mali cotoneæ radix, acida, tepida, intrat hepar, ossium & nervorum dolores mitigat.

214. *Chŏ yĕ.*

Sunt arundinum folia, amaro-dulcia, frigida. Intrat cor & stomachum, cordis noxium calorem mitigant & tollunt.

215. *Kin im çu.*

Est semen acido-dulce, temperatum, intrat hepar, & renes, restaurativum est.

216. *Jŏ quei.*

Est cortex grossior cinamomi, acro-dulcis, calida, aliquid veneni continet. Intrat renes & hepar, restaurativum est, corroborat ossa & nervos. Menses juvat.

217. *Yŏ li gin.*

Est nucleus prunorum acidus, temperatus, intrat intestina magna; membrorum tumorem solvit. Detrahe corticem.

218. *U kiā pî.*

Est cortex frigidus, fortificat stomachum, ventositates abigit.

219. *U ú ŷ.*

Est radix acris, tepida, hæmorrhoides sanat, vermes necat.

220. *Chù xĕ.*

Est semen dulce, restaurat humidum radicale.

221. *Sin ŷ.*

Est seminis instar, acre, tepidum, solvit calorem, frigus & ventositates.

222. *Cîn pî.*

Est arboris cortex, amarus, frigidus, intrat hepar & renes: calorem resolvit.

223. *Yâ Caó.*

Nascitur in arbore. Est salso-acre, tepidum, habet modicum veneni. Intrat hepar & stomachum. Catarrhos solvit. Aperitivum est meatuum. Tumores complanat. Multo molimine eximitur ei venenum. Hic supersedeo explicationi.

224. *Pā teú.*

Italice Ricinus. Est fabarum genus, saporis acris, tepidum est. Alii dicunt esse frigidum, alii esse calidum; continet magnum venenum. Intrat lienem,

nem, stomachum, magna intestina. Purgans est medicina, necat vermes. Eximitur ei expressum oleum, quod est venenatum. Debilibus eô uti non licet.

225. *Ư poï cụ.*

Est semen acido-amarum, temperatum. Intrat intestina magna seu pinguia, pruritum tollit, purgat sanguinem dentium corruptum, Hæmorrhoides sanat.

226. *Kiñ lim.*

Est frigida, cordis dolorem sedat, aperit meatus aqueos.

227. *Lũi uôn.*

Est amaro-salsum, frigidum, aliquid veneni continet. Intrat pulmonem, lienem, stomachum. Calorem solvit, necat vermes, amentiæ medetur.

228. *Ư mũy.*

Est fructus instar pruni, acidus, temperatus, ingreditur pulmonem & lienem, sistit tussim, sitim sedat, fluxum sistit, solvit phlegmata.

229. *Xiñ kiõ.*

Ex farina fit, est amaro-dulce, tepidum, ingreditur lienem & stomachum, quos fortificat, & ad digestionem juvat.

230. *Caò giñ.*

Est nucleus arboris mali Sinici, dulcis, temperatus, intrat cor, hepar, fel. Est restaurativum hepatis. Cordis melancholiam solvit. Corroborat nervos & ossa.

231. *Xẽ liû pí.*

Est cortex pomorum punicorum. Sapor acido-acerbus, tepidus, intrat renes & magna intestina. Medetur pedum genuum & nervorum doloribus. Necat vermes, sitim sedat, ad tingendum capillum est appositus. Ejus flos calorem cordis mitigat. Sputo sanguinis medetur pulverizatus, & intra nares assumitur.

232. *Lĥ châ.*

Est instar lapilli compositi ex variis rebus, & certo *châ* stomachum componit, sanguinem corruptum dissipat, Sedat dolores.

233. *Hoâi hoâ.*

Lusitanice dicitur Cacho. Est flos amarus, temperatus, Hæmorrhoides sanat; dispulsivus caloris est.

234. *Chi*

234. *Chì xè.*

Est fructus arboris parvæ, amaro - acidus, subfrigidus, intrat lienem & cor, juvat digestionem, flatulentias solvit, tussim sistit.

135. *Kiŏ hûm.*

Est genus fructus, instar pomi auriaci, rubei coloris, sistit tussim.

336. *Hîm gîn.*

Est nucleus mali armeniaci, amarus, tepidus, habet aliquid veneni, intrat pulmonem & intestina magna, quæ mollificat; medetur superiori parti corporis, ut calori, tussi, asthmati. Exime illi corticem, & exprime illi oleum, veluti noxium.

237. *Chì cŏ.*

Est arboris cortex, acro - amarus, olidus, subfrigidus, intrat pulmonem, hepar, stomachum, intestina magna: Pectoris & ventris flatulentias solvit; juvat ad digestionem.

238. *Cîm pî.*

Est cortex auriaci pomi, acido - amarus, tepidus. Intrat hepar & lienem, dolores viscerum interiorum solvit. Promovet omnes medicinas, juvat ad concoctionem.

239. *Chîn pî.*

Est cortex pomorum aurantiorum, acro - amarus, tepidus; intrat pulmonem, hepar, lienem, stomachum, juvat ad concoctionem. Phlegmata digerit. Sistit ructum & vomitum, urinam promovet.

240. *Taŏ gîn.*

Est nucleus mali Persici, amaro - dulcis, temperatus. Intrat hepar & magna intestina, quæ levigat. Malignitatem tollit, & sanguinem noxium. Aufer illi corticem & oleaginis quod habet, & tum utere tostô.

241. *U cum.*

Lusitanicè dicitur Centopea. Est saporis acris, tepidus, habet venenum; pueris datur, quibus usus linguæ ob ventum præclusus est. Necat vermes; venenatos morsus sanat.

242. *Ciuên hiĕ.*

Est scorpio, acro - dulcis, temperatus, habet venenum, Apoplexiæ medetur.

243. *U lîm chì.*

Est saporis dulcis, tepidus. Intrat cor & hepar, cordis & laterum dolores sedat: Mulierum post partum deliquiis medetur. Venenum dissipat

244. *Piĕ kiă.*

Eſt Caneri genus. Salſum, frigidum. Intrat hepar, phthiſicorum calorem ſedat, qui in oſſibus latet, & Hæmorrhoides placat.

245. *Cheñ ſū.*

Non inveni in parvo herbario.

246. *Lŏ kiŏ xoam̄.*

Eſt è cervino cornu, ſalſum, tepidum, reſtaurat renes, & corroborat calorem naturalem.

247. *Kiam̄ Can̄.*

Quid ſit neſcio.

248. *Cañ xă.*

Eſt vermis genus ſalſum frigidum, habet venenum. Calculos arenoſorum purgat.

249. *Hoă xĕ.*

Eſt anguis verſicolor, dulco-ſalſus, tepidus, habet venenum. Intrat pulmonem & hepar, à quibus flatulentias aufert. Narium oppilationem aperit, pedum oſſiumque dolorem mitigat.

250. *V xĕ.*

Eſt anguis nigri coloris. Ventoſitates tollit. Dicunt carere veneno.

251. *Hiûm giñ tañ.*

Eſt fel urſi, amarum, frigidum. Caret veneno, intrat fel, peſtiferum calorem tollit. Puerorum phlegmata & ventos tollit. Necat vermes. Diſſipat venenum.

252. *Lûm cŏ.*

Eſt Draconis os, dulce, temperatum, caret veneno. Intrat hepar & renes. Reſtaurat humidum radicale. Sanguineam urinam, ſeminis fluxum, menſtruum & ſudorem ſiſtit. Ne utare piſce cum eo, nec lebete ferreo.

253. *Chueñ xañ kiă.*

Eſt dulce-ſalſum, ſubfrigidum: habet venenum, pruritum & ventos tollit. Ad Hæmorrhoides adhibent.

254. *Pañ maŏ.*

Eſt acro-ſalſum, frigidum, habet magnum venenum. Ventris duritiem tollit,

tollit. Omnium ulcerum venenum dissipat, & sanguinem corruptum. Mulier ne utatur illo. Italicè videtur esse Cantharelli seu Cantharides.

255. *Meù lì.*

Sunt ostreæ uti puto, salsæ, subfrigidæ. Renes intrant. Debilitatem valde restaurant. Inveterata phlegmata digerunt. Subito frigore correptis medentur.

256. *Lŏ kiŏ kiāo.*

Est compositio quædam è cornu cervino, instar Gummi.

257. *Chĕn tui.*

Est salso-dulce, frigidum, caret veneno. A vento malignitatem tollit. Sedat infantum nocturnos ploratus. Sitim sistit, facilitat partum.

258. *Hù chàm cŏ.*

Est os pedum anteriorum Tigridis, acre, tepidum. Caret veneno. Intrat hepar & renes, corroborat nervos & ossa. Omnia fere in Tigride ajunt esse medica, & quidem parti affectæ applicant illam partem, quæ ei correspondent. Si infra sit dolor, utuntur osse inferiori. Si in capite, capitis ossa usurpant.

259. *Nieû hoâm.*

Lusitani Macaan de Vaca vocant. Est amaro-dulce, temperatum. Habet aliquid veneni. Intrat cor, lienem, hepar. Tollit ventos & phlegmata, & puerorum pavores repentinos. Prægnans ne utatur. *Gin̄ sen̄* N. 4. cum eo utuntur passim.

260. *Hì cien̄ çaò.*

Est herba.

261. *Cè lan̄.*

Est herba amara, subtepida, intrat hepar & lienem, alit sanguinem no-

vum, corruptum purgat, ulcerosa solvit. Morbis mulierum ante & post partum exortis medetur.

262. *Pû cum ym.*

Est herba dulcis, temperata. Mulieribus lac creat.

263. *Lum yen.*

Est fructus Cantoniensis, dulcis temperatus, intrat lienem & cor, quod restaurat, stomachum componit & confortat.

264. *Liê chī.*

Est etiam fructus Cantoniensis.

265. *Yn chin.*

Est ramus cum foliis, amarus, subfrigidus, intrat ureteres, aperit intestina parva, frigiditates dispellit, flavam bilem.

266. *Xè hiai.*

Est cancer marinus, salsus & frigidus, ex Insula Haì nân, qui extra aquam mox lapidescit. Calori è febribus & oculis medetur, pesti saluber est. Ex hoc & *Chū xā*, vel *Tan xā*, de quo N. 176. fit cordiale excellentissimum. Verbi gratia. *Rec.* duas Uncias *Chū xā*; Unciam unam cancri hujus, & unicam *Hiûm hoâm:* ad compositionem adhibe; cui si velis modicum adde ex Almiscar illo odorifero.

267. *Sī kiŏ.*

Est Rhinocerotis cornu. Amaro-acidum, salsum, frigidum, intrat cor & hepar, venena solvit; in febri maligna temperat calorem.

268. *Cao keu.*

Est acris, calidus, frigiditatem pellit, & sistit vomitum.

269. *Hiam̃ jû.*

Est herbæ genus, acre, tepidum. Intrat pulmonem & stomachum, frigiditates dissipat. Urinas provocat, viscerum dolores sedat.

270. *Hiẽ cù cao.*

Est herba acro-amara, frigida. Ingreditur hepar, tumores ulcerosos, & pustulas sanat.

271. *Yẽ mù cao.*

Est herba dulcis, tollit superflua, creat nova, ante & post partum usui est. Ne coquatur in cacabo ferreo.

272. *Lim̃ yam̃ Riõ.*

Est certi generis ovis Cornu, amaro-salsum, frigidum, exteriores febrium calores sedat. Componit cor, & nocturna somnia molesta mitigat. Mulierum post partum sanguinem noxium sursum ascendentem renovat & deprimit.

273. *Queĩ kiã.*

Est testudinis species, salsi saporis, frigida, habet venenum. Intrat cor & renes. Abraditur ei nigredo, quam habet. Est restaurativum, sanguinem noxium tollit. Colligat nervos & ossa, sistit Dysenteriam & Hæmorrhoides.

274. *Lieû kí nû.*

Est herba in arbore nascens, amara, tepida, intrat cor, & lienem; Sanguinem & spiritus noxios ejicit, sistit vomitum & fluxum.

275. *Xẽ nân tem̃.*

Sunt rami, acris saporis, tepidæ qualitatis, pruritum tollunt. Restaurant debilitatem.

276. *Hoâm xì, alii kí.*

Sunt ramuli seu frutices, subtepidi, intrant pulmonem & lienem. Restaurativi & confortativi sunt.

277. *Kim̃ kiái.*

Est herba acris, tepida, intrat hepar, calorem à vento ortum tollit.

278. *Maõ*

278. *Maò kēn:*

Eſt radix dulcis, frigida, ſiſtit ſanguinem, aperitiva eſt meatuum, ſolvit calculum arenoſum.

279. *Kiū mĕ.*

Eſt herba triticea, acro-amara, frigida, provocat urinam, oculis claritatem reſtituit. Oppilationes ſolvit.

280. *Sām pĕ pí.*

Eſt cortex radicis arboris Mori, dulcis, frigidus. Intrat pulmonem à quo malignos ſpiritus repellit. Digerit phlegmata. Folia hujus arboris ſudores ſiſtunt. Fructus reſtaurant humidum radicale. Rami diſpellunt flatulentias, & corroborant nervos.

281. *Hŏ hiām.*

Sunt folia ſeu herba, acris ſaporis, tepida, intrat pulmonem & lienem, aperit ſtomachum, ſiſtit vomitum, & dolores interiores.

282. *Mĕ cĕ caò.*

Eſt herba videtur Equiſetum dici. Eſt ſubamara-dulcis, temperata, intrat hepar, oculorum doloribus & nebulis medetur.

283. *Pí pà yĕ.*

Eſt folium amarum, ſolvit phlegmata, ſiſtit tuſſim, & ſitim, componit ſtomachum, Melancholiam ſedat.

284. *Mŏ iuū.*

Sunt rami ſeu frutices, ſaporis acro-dulcis, temperati. Intrant cor, hepar, & inteſtina minora. Aperitivi ſunt, necant vermes.

285. *Queí chī.*

Eſt Cinnamomi ramus ſiſtit, ſudorem manuum pedumque obſtipationem, lentitudinemque tollit.

286. *Zinziber recens.*

Eſt ſaporis acris, tepidum, intrat pulmonem & ſtomachum; Spiritus ſuſcitat, tollit malignitatem, vomitum ſiſtit, ad digeſtionem juvat, orexin aperit, diſſipat flatulentias & venenum, necat vermes. Si lumbi caleſcant, detrahe corticem. Manu ducit omnes alias Medicinas, & pervias facit. Hujus ſæpe in ſuis potionibus addunt aliquid. Sudorem provocat.

287. *Zinziber ſiccum.*

Eſt eadem ſicci virtus, quæ recentis, reſtaurativum eſt &c.

288. *Caryophyllum.*

Eſt acre, tepidum, intrat pulmonem, ſtomachum, renes, frigori interiori medetur, ut & ſtomacho perturbato, & dolori pectoris.

289. *Xe hiam ſeu Almiſcar.*

Eſt acris ſaporis omnia pervadens. Necat vermes, tollit phlegmata, venenum &c. Mulieres ne utantur eo.

F I N I S.



TRACTATUS
DE
PULSIBUS,
AB
ERUDITO EUROPÆO
COLLECTUS.

TRACTATUS
DE
PULSIBUS,

Quo declaratur Doctrina Sinarum Philosophica ex principiis ac placitis Philosophiæ ipsorum Medicæ, quæ continetur Codice vetustissimo Nuy kim dicto, qui constat capitibus 162.

QUandoquidem ego exponenda suscepi prima quæque principia præcipuaque dogmata Philosophiæ Sinicæ, necessarium videtur explanare etiam hæc ipsa paulò copiosiùs, & Symmetriam totam Physices adeò vetustæ declarare principiis aliis haud minus antiquæ Philosophiæ Medicæ Sinarum, quoniam ad naturam & ordinem quinque elementorum suorum explicandam maximè apposita & dilucida videtur; Sic tamen, ut haudquaquam suscipiam principia ista principiis deinde nostratibus probanda, sed imitabor hîc Sinas ipsos, qui solâ ferè subnixi authoritate Magistræ suæ Antiquitatis, artem illam tuentur, item longâ eorum, qui artis periti fuerunt, experientiâ.

Ad rem igitur ut veniamus: duo illa, quæ à nostratibus Medicis vulgò dicuntur calor & humor nativus seu calidum & humidum radicale, Sinenses *yam* & *yn* vocant, suntque ex sententia ipsorum duo illa principia rebus omnibus intrinseca, & quibus singulæ res suo quæque modo velut animantur. Porro nativi caloris vehiculum sunt spiritus (ut ajunt,) humidi verò vehiculum sanguis est. Quemadmodum ergò ex mutua duarum harum qualitatum (sic eas claritatis saltem gratia vocare liceat,) generatione, temperie, excessu, defectu, conjunctione, dissociatione, nec non alteratione, corruptione nascuntur eæ, quas cernimus, affectiones & vicissitudines elementorum rerumque omnium cœlum inter & terram diversis anni temporibus diversæ; ad eundem planè

nè modum usu venire docent humano corpori, prout scilicet duæ qualitates illæ cum membrorum singulis, pro natura cujusque & exigentia magis minusvè communicantur, sicut asserunt, constitutionem vel bonam vel malam totius corporis, vitam quoque & interitum pendere ex temperamento debito nativi caloris & humoris, quorum si defectu vel excessu peccari contingat, tum eam qualitatem quæ deficit, primo loco restaurandum esse; mox inde excessum alterius castigandum, quoad ambæ ad æqualitatem primam & nativam concordiam reducantur. Quandam etiam causalitatem mutuam hîc inveniunt, quâ calor, cum summus est, producat frigus, & hoc vicissim calorem, estque persimilis ei, quâ dicunt ab æstate autumnum, ab hyeme ver, quod ea sibi succedant, quodammodo produci. Effectus item varios assignant, qui à duobus illis causis procedant, sibique mutuo opponantur, exempli gratia: quod calor nativus seu primigenius naturâ suâ petat superiora, quod diffundatur, quod semper in motu sit, quod dilatet, rarefaciat, aperiat &c. E contrario quod humidum radicale gravitate suâ petat ima, quod introrsum colligat sese, quod in quiete sit, quod restringat, condensetur, operiat &c. adeoque pulsuum qui effectuum jam dictorum indices sunt, alios adscribunt calori, suntque exundantes, intensi, celeres, natantes, magni, pleni, crebriusculi, solidi, longi, chordæ extensæ similes; alios ad humidum radicale referunt, profundos scilicet, cadentes, varios, remissos, languidos, raros, obtusos, breves, tardos, interruptos, angustos, tenues, molles, &c. quorum singulos suis etiam figuris ac similibus quadantenus depingunt.

Rursus quemadmodum in hoc universo tria constituunt longè præcipua *Sañ câi* dicta, seu tres excellentias substantiales longè præcipuas; supra videlicet cœlum, infra terram, in medio autem ipsum hominem, qui cœli terræque sit particeps; ita corpus ipsum hominis in tres partes & quasi regiones dividunt: supremam, quæ pertineat à capite usque ad orificium ventriculi, & contineat pulmonem & pectus, seu quidquid est super diaphragma, cor item & pericardium, seu uti vocant, cordis involucrum; mediam verò, quæ pertingit ad umbilicum, complectatur diaphragma, stomachum seu ventriculum & quidquid eum ambit, lienem, item hepar & fel; infimam denique quæ prope ab umbilico ad pedes usque decurrit, includatque renes, vesicam, ureteres, intestina & gracilia. Aliter etiam dictas tres regiones, sed per metaphoram explicant; sic ut in suprema constituant velut varias quasdam nebulas, in media pluviam, in ima lacum & stagna, quæ ex dicta pluvia confluxerint.

Porrò tribus hujuscemodi regionibus humani corporis eodem prorsus ordine ternos manus utriusque pulsus respondere contendunt: atque ita primo & supremo pulsui (quem etiam cœli nomine significant, quod supremæ

corporis regioni respondeat,) dominari calorem primigenium, qui adeo pulsus naturâ suâ sit exundans, supernatans, magnus. Tertio seu infimo pulsui (quem terræ nomine significant, quod infimæ corporis regioni respondeat,) dominari humidum radicale, eâque de causa profundum esse, & comparatione quidem pulsus medii ac supremi esse radicis instar, quæ cum trunco ramisque & foliis arboris comparetur. Infimum hunc pulsum robustiorem volunt esse in fœminis, propterea quod in eis prædominetur humidum radicale & sanguis, supremum verò pulsum seu primæ regionis in eodem sexu debiliorem esse; contrarium verò maribus accidere. Jam verò pulsus medius (quem hominis nomine significant, qui medius cum sit cœlum inter & terram, mediæ item corporis regioni respondet,) neque exundans est, neque profundus, sed remissus inquiunt, id est, temperatus ac verè medius, ut qui pari cum portione fiat particeps tam caloris qui versus primum locum effert sese, quam humidi radicalis, quod suopte quasi pondere ad terram infimumque locum descendit: item limes dicitur, ut qui duo, quæ diximus, extrema limitet medius, non secus, ac truncus arboris radicem ejusdem & ramos.

Nec observant tantum pulsuum ordinem jam dictum, sed horum singulos tripliciter item explorant, atque ita ad cujusque superficiem applicant primo digitum, sic ut cutem leviter stringant duntaxat; ad medium verò dum exploraturi procedunt, arteriam digitis utcunque deprimunt; infimam denique ejusdem pulsus regionem & quasi fundum seu radicem exploraturi, ad nervos ipsos & ossa validiore contactu pertingunt; atque hoc modo conjiciunt, an idem pulsus ubique sibi constet, & consequenter, an morbus tantummodo superficialis sit, aut ab extrinseco adveniens, an contrà occupatis jam interioribus radicem fixerit. Unde si fundum aut radicem exploraturi pulsum abesse comperiunt, fidenter pronuntiant, actum esse de vita; quia (inquiunt) pulsus caret radice. Et quoniam denique membrorum alia collocata sunt ad sinistram partem humani corporis, ad dextram partem alia; idcircò etiam docent, hæc quidem membra pertinere ad ternos pulsus manus dextræ, illa verò ad pulsus sinistræ. De quibus omnibus cum ipsi diligenter & copiose scribant; Ego, quò brevitati consulam, hâc, quam subjicio proximè figura, & sequenti mox paradigmate tam ea quæ modo dicta sunt, quàm quæ proximè dicenda, Synopticè declarabo.


Figura qua declaratur Ordo Pulsuum,
In manu sinistra & manu dextra.

JUxta veterum Codicem, & juxta posteriorum temporum Medicos, qui Auctore *Vám Xô Hó* (floruit is mille circiter ab hinc annis:) cum ex ordine circu-

Vetus Codex Primo loco sinistræ assignat pulsum cordis & Pericardii.

Secundo loco pulsum hepatis & Diaphragmatis.

Tertio loco pulsum renum ad lævam ureterũ & gracilium intestinorum.



Primus locus. *Cùn*

Secundus locus. *Quoan*

Tertius locus. *Chě*

Juxta recentiores	Juxta recentiores
1. Pulsus cordis & gracilium intestinorum.	1. Pulsus pulmonũ, & crassorum intestinorum.
2. Pulsus hepatis & felis.	2. Pulsus stomachi & lienis.
3. Pulsus renum & ureterum.	3. Pulsus portæ vitæ & infimæ partis corporis.



Cún Primus locus.

Quoan Secundus locus.

Chě Tertius locus.

Vetus Codex Primo loco dextræ assignat pulsum pulmonis & meditullii pectoris.

Secundo loco pulsum stomachi & lienis.

Tertio loco pulsum renum ad dextram & crassorũ intestinorum.

circulationis spirituum & sanguinis in veteri Codice contentæ didicissent, intestina gracilia cum ipso corde, & crassa cum pulmone relationem magnam habere, ordinem pulsuum nonnihil immutandum censuerunt.

Notandum hîc primo, quod medius pulsus dicitur is, qui respondet ossis initio, ubi nonnihil protuberat, estque proxime post juncturam illam, quâ manus brachio connectitur.

Notandum secundo bifariam dividi renes, sic ut horum ramus alter ad lævam, alter verò ad dextram pertineat, & prout ad dextram est, à recentioribus vocatur porta vitæ, tametsi rursus alii portam vitæ inter renes mediam collocent.

Brevibus igitur exposita in hunc modum ratione calidi humidique radicalis, per tres humani corporis regiones dispersi, & per pulsus suos ordine suo quodam distributi, superest ut dicatur aliquid de Sympathia quinque elementorum, aquæ scilicet, ligni, ignis, terræ, metalli cum præcipuis (ut ajunt) quinque membris, renibus scilicet, hepate, corde, stomacho, pulmone: dicatur item de productionis & corruptionis ordine ac methodo, ex quo pendet omnis illa distinguendorum pulsuum, & per hos morborum distinguendorum industria & ratio. Ad lævam ergò cordi inprimis vim tribuunt ac naturam ignis elementarii, propterea quod illud coloris sit rubei, quod effervescat præ membris cæteris & maximè quidem in æstate. Hepar verò ac fel ad naturam ligni referunt. Ad elementum aquæ pertinere volunt renes seu vesicam & ureteres. Ad dextram similiter pulmonem metallis respondere contendunt: stomacho ventriculoque terram, idque ob signa & qualitates elementi cujusque proprias in membris istis observatas, quas ut brevitati consulamus, sufficiet, in paradigmate mox subjiciendo ob oculos posuisse.

Quemadmodum verò ordinem productionis elementorum hunc statuunt, ut dicant ab humido seu aqua, utpote fertili (quam volunt è cœlis primum esse eductam:) certo quodam modo enasci lignum seu plantas; à ligno seu plantis, puta arescentibus, ignem seu spiritus igneos; ab igne dum fæces relinquit ac cineres, existere terram; ex terra procreari metallum; ex metallo aquam, ex hac rursus lignum, & sic deinceps in orbem. Sic etiam in corpore humano aqueum renum, & vesicæ membrum matris adinstar communicat (inquiunt) suas qualitates cum ligneo hepate, veluti cum filio: (hoc enim nomine comparativo patris ac matris Sinenses hic utuntur:) hepar vero cum igneo corde, cor cum stomacho terreo, hic cum pulmone metallico, pulmo cum aqueis renibus. Rursus sicut aqua extinguit ignem, ignis destruit metallum, ab hoc vincitur & veluti obruitur lignum, à ligno terra, à terra aqua veluti suffocatur & exprimitur; sic frigidæ qualitates renum cordis calorem mi-

nuunt

fluunt vel extinguunt; cordis calor & ignis resolvit pulmonem metallicum, metallicâ verò pulmonis virtute subtile temperamentum hepatis læditur, ab hepate stomachus, à stomacho terreo renum, vesicæ, ureterum temperamentum quodammodo suffocatur. Quemadmodum rursus nec à ligno vinci potest seu destrui metallum, nec à terra lignum, nec ab aqua tellus, nec ab igne aqua, nec à metallo ignis: sic nec vinci posse membra, cum dictis elementis sympathica; sed perquam similem esse tàm horum quam aliorum rationem (sive productio consideretur, sive destructio & alteratio) contendunt Medici Sinenses omnes, qui hunc ordinem qualemcunque elementarem unicè & accuratè observari volunt, & juxta eundem de recta pravaque hominis constitutione ferri judicium, & artem suam medendi adhiberi. Porro dictis quinque membris, uti & quinque elementis sui quoque gradus intensiores aut remissiores caloris primigenii & humidi radicalis (prout exigit natura singulorum,) magis minusque communicantur, quô fit, ut quandoquidem tria ad sinistram membra principalia cum totidem minoribus; tria item ad dextram cum tribus minoribus indicio pulsuum explorentur, (suppositâ scilicet renum duos in ramos distinctione:) fit inquam, ut existant origines seu fontes duodecim, à quibus duodecim viæ partim coloris primigenii, partim humidi radicalis dimanant, quæ viæ per suos quæque flexus & mæandros sic fluunt, ut sex quidem supernè deorsum, sex verò inferne sursum perenni quodam fluxu deferantur. Ad has jungunt præterea semitas obliquiores omnino quindecim, vias item majores, easque transversim cursum tenentes octo, quas pluribus hîc describere instituta brevitas haut sinit. Cum autem origines duodecim modo dictæ pro natura cujusque membri diversimodè à calido & humido afficiantur, consequens est, ut singulæ viarum, quæ ab eis existunt, diversas quoque affectiones & temperamenta sortiantur: Simili ferè modo, quo fluenta eandem habent naturam cum suis fontibus, eorumque tam vitia, quam virtutes trahunt. Hanc porro diversitatem cùm caloris primigenii, cujus gradus triplex est, scilicet magni, exigui, puri: tùm humidi radicalis, cujus item gradus est triplex, magni, exigui, defectivi, non alio certiùs indicio, quam per diversitatem pulsuum manus utriusque explorari & cognosci docent; ad quæ indicia pulsuum, si alia quoque accedant exteriora indicia, quæ per aliorum sensuum organa perspicuè se produnt, & ipsi longo usu comperta habent, tum verò in sua de morbi genere gravitate, medendi ordine, facilitate vel sententia mirificè confirmantur.

Cæterum non membra tantum corporis, uti modo est dictum, subjecta sunt quinque elementis, horumque naturam & efficacitatem imitantur; sed quemadmodum ipsa elementa propriis quæque subjiciuntur anni tempestati-

bus,

bus, quibus vim suam magis exerunt ac manifestant; similiter & membra suis quæque tempestatibus annuis subjecta sunt, pro quarum adeò varietate cum alia atque alia necesse sit decrementa vel incrementa existere caloris & humidi, consequenter & pulsuum existere necesse est; tantam verò quatuor anni temporum (qua ipsa in 24. minora tempora singula dierum 15. subdividunt:) cum membris humani corporis consociationem & sympathiam esse docent, ut in morbis lethalibus tàm hujus quàm illius membri destructionem & interitum, quam ipsum mortis diem fidenter pronuntient, à quo si forte aberratint, suæ ignorantiæ vitio id tribuunt, non ejus regulæ, quæ veluti erroris expers vetustissimo Codice *Nuy kim* contineatur.

Ver inquiunt, uti dominatur ligno, plantis & ventis; sic etiam hepati, æstas cordi, autumnus pulmoni, hyems renibus; terræ autem seu stomacho terreo dominatur tempus extremum singularum quatuor anni tempestatum, sive 18. dies extremi quatuor mensium lunarium, scilicet tertii, sexti, noni, duodecimi. Quo deinde fit ut singulæ anni tempestates, quæ hîc ad quinque numero à Sinis reducuntur constent 72. diebus, qui numerus quinquies multiplicatus conficit dies 360. quibus Medici lunarem annum concludunt.

Cum igitur suis anni temporibus subjecta sint quæque membra, fit, ut eo in morbo, quod obtinet annuæ tempestatis nomen, quamdiu viget hæc ipsa tempestas, magis exerat sese pulsus proprius ipsius tempestatis, sic tamen ut pulsus indices reliquorum etiam membrorum, præter motum sibi connaturalem ac debitum, in partem aliquam veniant motus ac pulsus illius, qui tempestatis tunc decurrentis subjectique membri maximè est proprius.

Atque hæc est idea quædam synoptica Philosophiæ Medicæ, secundum cujus regulas & principia morbos explorant, & exploratis medentur. Cognito quippe consensu & Sympathiâ quinque elementorum ac tempestatum anni cum membris humanis, generatione, item alteratione & destructione, quæ elementis accidit, pari ratione tàm de membris, quàm pulsibus horum indicibus philosophantur: quod ut planius fiat exempli gratia: de corde differemus, eique applicabimur, quæ dicta sunt, à quo deinde non erit curioso Europæo difficile ad alia quæque membra gradum facere.

Cor itaque subjectum est igni elementari & æstivo tempori, adeoque respicit plagam meridionalem, ipsum continet calorem (ut ajunt) intra calorem,

rem, ac proinde cum ſummum calorem primigenium proximè conſequatur humidum ſeu frigidum radicale, ſicut ſummum calorem æſtivum conſequitur frigus autumnale, fit ut à cordis origine derivetur via exigui humidi radicalis ad manus; atque ita cordis pulſus connaturalis eſt aquæ inſtar exundantis atque adeò in acceſſu ſuo, & dum tumidus aſſurgit, plenus eſt, largeque afficit digitum, ut in acceſſu ſuo languidus & quaſi qui diſpergitur, defugit. Igitur ſi in locum cordis, id eſt, ſi in primum ſiniſtræ locum, qui pulſus cordis proprius eſt, ſubintret ex locò proximè ſequenti connaturalis pulſus hepatis, qui extenſæ chordæ ſimilis eſt, cum lignum generet ignem, ſive via hepatis viam cordis dicitur ſubintraſſe in cor, vitium vacuitatis; & à matre, quod eſt hepar, invadi filius, quod eſt cor, morbum in corde à vento naſci dicunt, quare reſtaurant matrem ſeu hepar, ut ſolvant filium ſeu cor. Si vero in locum cordis ſubintrat remiſſus pulſus ſtomachi, quia ignis generat terram, ſeu via cordis viam ſtomachi, pulſus ille indicabit vitium repletionis, quâ cor laborat, & filius ſtomachus invaſit matrem ſeu cor: purgandus itaque cordis filius, ſeu ſtomachus, ut matrem ſeu cor ipſum ſublevet. Rurſus, ſi in locum cordis ſubintrat pulmonis pulſus natans & raro obtuſus, cum metallum obruat ignem, indicat vitium exilitatis, ſive tenuitatis in corde, quod à frigore ſcilicet læſum ſit: quia verò metallum vinci poteſt ab igne ceu hoſte ſuo, & frigida pulmonum vis à nativo calore cordis, ideo hoc vitium, uti etiam duo præcedentia, curatu faciliora ſunt. Quod ſi in cordis locum ſubintret è loco hoſtili ſeu contrario renum pulſus profundus, cum aqua ſit inimica igni, ſeu renum via viæ cordis, indicatur vitium Patrocinii (ut loquuntur) quo invaditur cor vinciturque ab aqueis renibus, eſtque vitium vere immedicabile, ortum à frigore & humiditate immodica, quæ prius evacuanda, ut ignis ſeu cor ad naturalem ſuum ſtatum reducatur. Quod ſi denique ipſiusmet cordis pulſus connaturalis intenſior aut remiſſior ſit, quam ejus natura & temporis ratio poſtulat, indicat vitium rectitudinis, quia à medio ſeu temperie ſuâ recedit, ſervatâ interim pulſus ſibi proprii ſubſtantiâ, quo fit, ut cum ſit morbus illius cordis, nullo adhibito remedio per ſe facile curetur.

Ad extremum ſiquidem, inquiunt, morbi irrepant in vias naturali ordine ſibi ſuccedentes, ſic ut ab una via ad alteram mittantur, aut ex ſe natam, aut à qua naſcatur ipſa, aut ad viam, à qua vinci nequeat, exempli gratia: ſi malum ſuum cor transmittat ad ſtomachum ceu filium, aut ad hepar ceu matrem, aut ſi cor à pulmone ceu hoſpite, & à quo vinci nequeat, malum recipiat,

 cipiat,

cipiat, fit ut ex mutua illa, nec violenta, sed naturali, communicatione facilius curentur dicti morbi, quia nondum radicati: secus verò, si malum suum exonerent in via, quam vincere queunt ac destruere, exempli gratia: si cor ad pulmonem, hic ad hepar, hepar ad stomachum, hic ad renes, renes ad cor malum suum transmittant, cor rursus tentat illud transmittere ad pulmonem; sed cum, ut inquiunt, nullum membrum patiatur se lædi à suo contrario, duabus vicibus hinc fit, ut morbi illi (quippe altius radicati) lethales evadant, aut certè diuturni & quibus difficillimè medearis.

Quæ autem de membrorum cum elementis concordia discordiaque modò sunt dicta, intelligi quoque volunt de pulsuum per quatuor seu quinque potius anni tempestates regnantium inter se consonantiâ aut dissonantiâ & communicatione violentâ & magis minusve naturali, quin & de signorum indiciorumque externorum, quæ internam singulorum membrorum constitutionem produnt, similitudine inter se aut dissimilitudine; quæ omnia Europæus Medicus satis per se assequetur, si modo in Paradigmata, quæ hîc subjicimus, oculos mentemque intendere libuerit.

Hîc inserantur sequentia Paradigmata.

Para-

Paradigmata, quibus declaratur Symmetria & Sympathia quinque membrorum principalium humani corporis, cum quinque elementis Sinicis. Item natura singulorum & affectiones, harumque indicia secundum placita Philosophiæ Medicæ Sinensium, quæ vetustissimo Codice, Nuý kim̃ dicto, continentur.

Paradigma I.	II.	III.
Cui elemento quodq; membrum humani corporis respondeat.	Cui Planetæ tempestati annuæ, parti diei astronomici, mũdi regioni unumquodque membrum respondeat.	Quæ cujusque membri causa, effectus, contrarium, non contrarium, seu uti loquuntur, quæ mater, filius, hostis, hospes seu talis à quo vinci nequeat.
Aquæ Elemento respondent Renes.	Renes respondent Planetæ Mercurio hyemali tempestati, nocturno tempori, boreali regioni.	Renum mater est pulmo uti aquæ metallum, filius hepar uti lignum est aquæ; hostis est lien & stomachus, uti aquæ est terra, non hostis seu hospes est cor uti ignis est aquæ, & sic de reliquis.
Ligni Elemẽto respondet Hepar.	Hepar respondet Jovi, vernæ tempestati, matutino tempori, orientali regioni.	Hepatis mater sunt renes, filius cor, hostis pulmo, hospes lien & stomachus.
Ignis Elemẽto respondet Cor.	Cor respondet Marti æstivo tempestati, meridiano tempori, australi regioni.	Cordis mater est hepar, filius lien & stomachus, hostis sunt renes, hospes pulmo.
Terræ Elemẽto respondet Lien & stomachus.	Lien cum stomacho respondet Saturno postremis 18. diebus singularum anni tempestatum. Vernæ æstivæ, autumnali, brumali: regioni mediæ inter quatu.	Lienis & stomachi mater est cor, filius pulmo, hostis hepar, hospites sunt renes.
Metalli Elemẽto respondet Pulmo.	Pulmo respondet Veneri autumnali tempestati, vespertino tempori, occidentali regioni.	Pulmonis mater sunt lien & stomachus, filii sunt renes, hostis est cor, hospes hepar.

IV.

Quæ membra minus principalia socientur magis principalibus, seu cum iisdem relationem habeant.

Juxta Veteres renum alteri ad levam sociant ureteres & intestina gracilia; renum alteri ad dexteram crassa sociant intestina. Juxta modernos renum alteri ad levam sociantur ureteres, renum alteri ad dextram, quæ vocatur porta vitæ, sociatur tertia seu infima pars corporis.

Juxta Veteres hepati sociatur diaphragma.
Juxta recentiores hepati sociatur folliculus fellis.

Juxta Veteres cordi sociatur pericardium seu ut vocatur cordis involucrum. Juxta recentiores cordi sociantur intestina gracilia.

Juxta Veteres & recentiores stomacho seu ventriculo sociatur lien.

Juxta Veteres pulmoni sociatur pectoris medium.

Juxta recentiores pulmoni sociantur crassa intestina.

V.

Quis ordo circulationis sanguinis & spirituum per duodecim membra magis & minus principalia.

1.

Pulmonis via magni humidi incipit à media regione corporis, terminat ad manuum indicem, ubi excipitur à via crassorum intestinorum.

2.

Crassorum intestinorum via puri caloris incipit à manuum indice, & terminat ad caput circa nares, ubi excipitur à via stomachi.

3.

Stomachi via puri caloris incipit à capite circa nares, & terminat ad pedum pollicem, ubi excipitur à via lienis.

4.

Lienis via magni humidi incipit à pedum pollice & terminat ad cor, ubi ab ejusdem via excipitur.

5.

Cordis via exigui humidi incipit ab ipso corde & terminat ad manuum parvum digitum, ubi excipitur à via gracilium intestinorum.

6.

Gracilium intestinorũ via magni caloris incipit à manuum parvo digito & terminat ad caput circa oculos, ubi excipitur à via ureterum.

7.

Ureterum via magni caloris incipit à capite circa oculos, & terminat in pedum parvo digito, ubi excipitur à renum via.

8.

Renum via exigui humidi incipit à pedum parvo digito, & terminat in pectoris medio, ubi excipitur à via pericardii.

9.

Pericardii via defectivi humidi incipit à pectoris medio, & terminat ad manuum locum inter digitum parvum & annularem, ubi excipitur à tertia parte corporis.

10.

Tertiæ partis corporis via exigui caloris incipit à manuum loco inter parvum digitum & annularem, & terminat ad caput circa oculos ubi à fellis via excipitur.

11.

Fellis via exigui caloris incipit à capite circa oculos & terminat ad pedum pollicem ubi excipitur ab hepatis via.

12.

Hepatis via defectivi humidi incipit à pedum pollice, & terminat ad pulmonem, ubi ab ejusdem via excipitur.

VI. Qui-

VI.

Quibus manuum locis per pulsum se prodat affectio membrorum singulorum.

Juxta Veteres renum pulsus se prodit in tertio loco manus utriusque, & ad sinistram insuper ureterum & gracilium intestinorum; ad dextram crass. intest. Juxta recentiores in 3. loco sinistra pulsus est renum & ureterum. In 3. loco dextræ pulsus portæ vitæ, quæ circa renes statuitur & tertiæ partis corporis.

Juxta Veteres cordis pulsus & pericardii in primo sinistræ loco statuitur.

Juxta recentiores ibi statuitur pulsus chordis & gracilium intestinorum.

Juxta Veteres & recentiores stomachi & lienis pulsus statuitur in loco secundo manus dextræ.

Juxta Veteres pulmonis pulsus & meditullii pectoris statuitur in primo loco manus dextræ.

Juxta Recentiores ibi statuitur pulsus Pulmonis & crassorũ intestinorum.

VII.

Qui pulsus connaturales qui contrarii singulorum membrorum in manuum sex locis se prodant.

Renum pulsus connaturalis est profundus, comparatur capillo in aqua immerso, levi digito exploratus apparet, pressius exploratus videtur excedere.

Renum pulsus contrarius sive peccans, remissus & languidus est.

Hepatis pulsus naturalis est chordæ extensæ similis dicitur item longus.

Pulsus contrarius est natans, raro - obtusus.

Cordis pulsus naturalis est exundans aquæ instar tumescentis: levi digito exploratus videtur magnus & excedens; pressius exploratus quasi fugit & debilior apparet, cordis pulsus contrarius est profũdus

Stomachi pulsus naturalis est remissus & languidiusculus, comparatur foliis salicis levi Zephyro motis, aliquid ex sua remissione volunt communicari reliquis pulsibus.

Stomachi pulsus contrarius est chordæ extensæ similis.

Pulmonis pulsus naturalis est natans ligni instar fluctuantis; item raro obtusus pluviæ instar in arenam cadentis.

Pulmonis pulsus contrarius est exundans magnus.

VIII.

Qui præterea pulsus singulorum membrorum per singulas anni tempestates.

Renum pulsus præter sibi connaturalem in vere similis etiam est chordæ tensæ, in æstate etiam exundans, in autumno natans parvus, in hyeme profundus & cerebro-acutus.

Hepatis pulsus in vere chordæ tensæ similis & longus, in æstate etiam exundans, in autumno natans, subtilis in hyeme, item profundus.

Cordis pulsus in vere item chordæ tensæ similis; in æstate exundans magnus. In autumno item natans. In hyeme autem profundus nonnihil.

Stomachi pulsus in fine cujusque tempestatis annuæ est remissior, de hac remissione participant reliqui pulsus; in vere item chordæ tensæ similis, in æstate item exundans, tardus, in autumno item natans, in hyeme item profundus.

Pulmonis pulsus in vere item est chordæ tensæ similis; in æstate item exundans; in autumno natans, raro-obtusus, brevis, in hyeme item profundus.

IX. Qui-

IX.	X.	XI.	XII.
Quibus partibus corporis tam externis quam internis singula membra correſpondeant ſive prædominẽtur	Quæ cuilibet membro correſpõdeat qualitas, quis color, odor, ſapor, liquor.	Quibus maximè lædatur quodlibet membrum.	Quæ indicia deſtructionem indicent cujusque membri.
Renes correſpõdent ſeu prædominãtur omnibus dẽtibus, auribus, barbę, pilis	Renibus correſpondent liquores, color nigricans, ſonus ſingultientis, odor carnis putreſcentis, ſapor ſalſuginoſus liquor urinæ.	Renes & oſſa læduntur à timore nimio, frigore, humiditate, actione violentia diuturna, ſtatione à ſalſis.	Renum deſtructionem indicant dentes arefacti & aures, facies nigricans, in medio oculi color flavus, renes quaſi evulſi ſudor continue manans aquæ inſtar, pulſus inſtar lapidis manu excuſſi ſeu projecti.
Hepar prædominatur muſculis, nervis, venis, unguibus, oculis genarũ ſiniſtræ.	Hepati correſpondent colores, color cæruleus ſubobſcurus, ſonus gementis, odor hircinus, ſapor acidus, liquor lachrymarum.	Hepar & nervi læduntur ab iracundia, à multa ac diuturna ambulatione, ab acidis.	Hepatis deſtructionem indicant facies cærulea, oculi introacti, ſudor continuus, oculi aperti neminem videntes, ſupercilia introacta, pulſus inſtar chordæ recens extenſæ.
Cor prædominatur ſanguini, fronti, linguæ, palmis manuum.	Cordi correſpondent odores, color, rubeus criſtæ inſtar gallinaceæ, ſonus ridens, odor rei aduſtæ ſeu nidor, ſapor amarus, liquor ſudoris.	Cor & ſanguis læditur à lætitia immodica, calore, multa cogitatione, diuturna rei contemplatione, ab amaris.	Cordis deſtructionem indicat lingua nigra & quæ extra os produci nequit, palma tumeſcens ſine ſignis ſuis connaturalibus, ſi oculos ad tergum quaſi convertat pulſus inſtar faſciæ volantis.
Stomachus prædominatur carnibus, ori & labiis, brachiis & pedibus.	Stomacho correſpondent ſapores, color flaveſcens, ſonus cantillans, odor ſuavis & fragrans, ſapor dulcis, liquor ſaliva.	Stomachus & carnes læduntur à nimio cibo & potu, diuturna defatigatione, ſeſſione, curis immodicis, à dulciariis.	Stomachi deſtructionem indicat oris frigus, pedum tumor, lumborum calor, fluxus alvi continuus ægro non percipiente, labiorum obliqua contorſio, pulſus inſtar ſtillicidii domus vel gallinæ carpentis grana.
Pulmo prædominatur cuti, poris, capillis, genarũ dextræ, naribus, humeris, ſpiritibus.	Pulmoni correſpõdent ſoni & voces, color clarè albicãs, ſonus flentis, odor carnis recentis, ſapor acris, liquor naris ſeu mucus.	Pulmo & ſpiritus læduntur à triſtitia, eſu & potu frigidorum, diuturno decubitu & ſomno, ab auribus.	Pulmonis deſtructionem indicant ariditas cutis & corporis; defluxus capillorum vel erectio, os apertum, anhelitus egredi vel ingredi non perceptus, pulſus inſtar plumæ in aere fluctuantis.

Explicatâ breviter membrorum humani corporis, nec non pulsuum cum 5. elementis & anni tempestatibus sympathia & relatione; superest ut coronidem huic Philosophiæ Medicæ imponamus, paucis exponendo quam temporis mensuram pulsibus assignaverint, & quam deinde de hominis totius constitutione bona aut mala judicium & sententiam ferant.

Vitæ igitur humanæ cursum cum cœli cursu & conversione commensuratum ab omni ævo Sinenses voluerunt, adeoque circuitum quendam (veruntamen phantasticum viderint Medici Europæi,) adinvenerunt sanguinis & spirituum devehentium calorem primigenium & humidum rad. per vias 12 membror. interiorum (de quibus supra:) qui quidem circuitus horâ tertiâ matutinâ (quâ hominem masculum primo conditum censent, uti mulierem horâ tertiâ vespertinâ:) initium ducet à pulmone, & post fluxum horarum Sinicarum 12. (nostratium 24.) tandem desinit ac terminatur in ipso hepate horâ exeunte secundâ matutinâ diei sequentis. Cur autem à pulmone initium fieri velint circulationi suæ, rationem hanc afferunt, quia vita pendet à respiratione sive aëris receptione, quæ subjacet humido, & ejusdem emissione, quæ subjacet calido: respirationum verò uti & spirituum officina est pulmo. Et hunc quidem 24. horarum fluxum seu circuitum respondere contendunt cœlorum per domos 50. conversioni, ad cujus normam fiunt item in corpore humano circuitus integri seu conversiones 50. Porro volunt ad totalem illam cœlorum conversionem perfectè commensurari ipsum tempus respirationum naturalium, quæ toto illo tempore in homine sano ab ipsis numerantur 13000. & 500. Singulis autem respirationibus calor primigenius sive spiritus & humidum radicale, sive sanguis promoventur in corpore humano ad spatium sex mensurarum digitalium, ex quo concludunt, quod 24. horarum nostrarum spatio (quo 13500. respirationes fiunt,) quod inquam sanguinis & spirituum circuitus omnes ad spatium 810. mensurarum *cham* (*cham* mensura continet 10. cubitos sinicos; cubitus vero 10. mensuras digitales) peragi & absolvi necesse sit. Quemadmodum autem spatio unius respirationis sanguis ac spiritus ad spatium 6. mensurarum digitalium promoventur: ita etiam eodem respirationis tempore in quovis homine sano quatuor tantum pulsus aut quinque etiam (per modum augmenti cujusdam intercalaris,) in venis deprehendi longo usu didicerunt. Ex quo item concludunt, quod spatio diei astronomici seu 24. horarum, uti respirationes numerantur 13500. ita pulsus non plures sint 67500, nec pauciores 54000, quo numero adæquari censent inter se pulsuum motum ac circuitum vitalem cum motu ac circuitu locorum per 50. domos suas, ac proinde omnia rectè se habere in homine arbitrantur. Quod si circularis pulsuum motus & numerus aut deficit à prædicto regulari numero, aut illum excedit,

cedit, id est, si tardi aut pauciores sint, aut celeres, & plures assignato numero, male habere hominem affirmant, & membra ad pulsuum & circumvolutionum cum cœlorum motibus ac circumvolutionibus dissensum & irregularitatem pravè affecta esse fidentèr pronunciant.

Cum itaque secundum illos respirationis tempus sit mensura pulsuum sani vel ægroti hominis, clare deducitur, quod cum quadrante unico respirationes in homine sano sint 140. & dimidia; pulsus quoque non pauciores 562. nec plures 703. numerentur: quo quidem tempore vitalis rota promovetur octo mensuris Cham' & cubitis quatuor, & insuper tribus mensuris digitalibus, & paulo amplius; nam & fractionum minutias hic Sinæ computant. Rotam hanc vitalem seu circuitum sanguinis & spirituum, quem per singula membra tàm magis quàm minus principalia, mediantibus ramis suis, quos singulorum item membrorum viis assignant, non interrupto cursu fluere docent, habes breviter descriptam in nostro, quod supra posuimus, paradigmate, & in Sinico, (hoc infra inter excerpta reperies:) quod ipsi, de Anatomia parum solliciti, & solâ antiquitati auctoritate nixi, rudi suo modo expresserunt.

Et hæc quidem de circulatione sua Sinarum doctrina ex antiquissimo Nuy' kim' Codice depromta est, cujus Auctores feruntur Lipe & ipsemet Hoâm ti, tertius Monarchiæ Imperator, qui cœpit regnare anno ante Christum 2. 6. 8. 9. Hanc doctrinam tota deinde posteritas constanter secuta est. Ex hac Medici omnes eam petiverunt temporis mensuram, quam in explorandis pulsibus inviolabiliter observant, sic ut pro suo quisque numero connaturalium respirationum (servatâ semper proportione) metiatur numerum pulsuum, & ex hujus deinde numeri vel excessu vel defectu, celeritate vel tarditate sententiam ferat de constitutione corporis vel recta vel prava; quæ ut feratur certius, volunt inprimis Medicum ipsum sanum esse vegetumque, à curis item gravioribus liberum; ad hæc jejunum, si fieri potest, & benè manè ad ægrotantem accedere. Hic consideratâ primum hominis ætate, sexu, corporis staturâ, & constitutione naturali, nec non ipsius anni tempestate, aliisque indiciis externis, post moram aliquam & quietem ægroti manu in pulvinari collocatâ, ipse dextræ suæ manus tribus digitis, tria sinistræ illius primum loca contingit, sic ut applicato prius medio digito infra os brachii nonnihil eminens, deinde applicet indicem primo loco & annularem digitum tertio & infimo; mox simili ratione dextræ pulsus manu sua sinistrâ explorat. Singulos autem pulsus tam dextræ, quam sinistræ tripliciter explorat, hoc est, uti supra notavimus, ad superficiem, medium & profundum; adeoque novem in qualibet manu pulsus seu ternos tripliciter indagat, singulosque pulsus per spatium novem respirationum suarum, quo videlicet spatio 49. pulsuum ictus in homine sano numerantur; observat igitur & quantum aberrent pulsus ab isto numero, ut judicet calorisnè an humidi excessu defectuque peccetur. Observat item an consistat hæreatve pulsus alibi, & ad quotum numerum sic hæreat: an & unde seu ex quo loco pulsus vitiatus & præternaturalis irrepat; an à primo & superiori loco, ubi dominatur calor, descendat ad inferiorem, ubi dominatur humidum; an contrà ab inferiori sursum feratur: an item & quomodo in uno eodemque loco pulsus ab infimo circa ossa loco ascendat ad pellis superficiem, & ab hac rursum recedat ad nervos & ossa, & recedens quiescat, nec ne, aliudve hujuscemodi, in quibus minutim observandis longanimem patientiam multique temporis usum & experientiam, & vel maximè perspicacis ingenii subtilitatem in dignoscenda varietate & vicissitudine pulsuum (quibus etiam, quod mirere, tam gravitatis quàm levitatis mensuram quandam assignant:) jure meritò requirunt Medici Sinenses, qui ea, quæ hîc obiter perstrinximus, copia librorum & varietate propè incredibili tuentur & explicant

F I N I S.

FRAGMENTUM OPERIS MEDICI,

AB

ERUDITO EUROPÆO CONSCRIPTI.

C



FRAGMENTUM OPERIS MEDICI.

COlligitur ſpiritus pro varietate caloris & humidi variari, atque adeo & pulſus, nam calor creſcit vel decreſcit, ſimiliter etiam & humidum. Sic primâ & ſecundâ Lunâ ſpiritus caloris incipiunt augeri & habent tepidum veris tempus. Poſtea tertiâ & quartâ magni fiunt & perfecti, & habent calidum tempus æſtatis. Tum verò quinta & ſextâ Lunâ incipit humidum radicale & illius ſpiritus dominari & obtinent tempus humidum autumni. Deinde ſeptimâ & octavâ ſpiritus humidi pleniores fiunt & tempus frigidius nanciſcuntur. Poſthâc nonâ & decimâ Lunâ humidi ſpiritus *kie chim* i. e. perfectiſſimi & ſolidi apparent & obtinent tempus frigidiſſimum hyemis; ſed undecimâ & duodecimâ Lunâ *jan ki* caloris ſpiritus naturales parvi videntur, & tempus frigidum habent & ſic deinceps augentur &c.

Ex quo ſequitur, quod pulſus, quorum cauſa ſunt ſpiritus, non perſiſtant iidem toto anno; ſed pro diverſitate temporis annui ac ſpirituum caloris primigenii & humidi radicalis, quorum ſanguis eſt vehiculum, variantur. Cum ergo clarum ſit, variari tempora anni, & diverſis temporibus diverſa dominari elementa, rectè infertur, fontes vitæ, membra videlicet & inteſtina ac vias illarum, quæ deferunt calorem & humidum, cum ſubſint temporibus annuis, & in ſe contineant elementorum prædominia, viciſſitudines quoque ſubire, ex quibus pro ſpirituum diverſitate, diverſitatem quoque oriri pulſuum. Quare primo quinque temporum anni pulſuum varietatem declarabis, eò quod notabiliores mutationes quinque habeant; poſteà 24. mutationes minus notabiles varietates.

Dico 1. fontes vitæ viæque illorum, quia obtinent qualitates elementorum præcipuas, nec non anni ſtationem, tam horum quàm illorum vocabulis notantur. Sic hepar nomen habet arborum & veris; Cor ignis & æſtatis; Stomachus terræ & quintæ tempeſtatis; Pulmones metallorum & autumni; Veſica denique aquæ & hyemis, ex quo patet, quod pulſus connaturales non ſolum habeant de prædominio elementorum, ſed etiam de tempore annuo, cujus naturam obtinuere, & hos ipſos pulſus maximè videas in illo membro ac inte-

intestino dominati, quod membrum tempestatis annuæ obtinuit appellationem. Sic in veris primi anni tempestate in qua regnat *Veu* tepidum tribus mensibus, hoc est, Lunâ primâ secundâ tertiâ hepatis, aëreæ seu arboreæ qualitates dominantur 72. diebus. Hanc tempestatem & statum hepatis pulsus *hien* chordæ extensæ similes indicant; nam reliquis octodecim diebus, qui complent 90. terra seu stomachus & quinta statio, in qua ille dominatur, *haoń* i. e. remissi pulsus sunt: Hoc est (ut clarius loquamur,) *lie chin* veris inchoatæ mutationis tempus, quod durat 15. diebus, & sequens *Xŭi Jŭ* aqueæ pluviæ mutationis tempus 15. item dierum; & *kim chi* mutationis 15. dierum tempus, cœlorum aerem facit frigidiorem, unde spiritus hominis aucti efficiunt in via hepatis pulsum *hien* & *chan* i. e. chordæ extensæ similem & præterea longum. Deinde *Chim fuen* medii veris mutatio 15. dierum; & *cim num* claritatis superioris mutatio 15. dierum; *koru* fructum pluviæ mutatio 15. dierum facit spiritus calorem humidos augeri, qui spiritus hominis in via fellis multiplicant, unde chordæ extensæ similes sunt, sed valdè subtiles, ac in toto *ko ju* mutationis tempore remissi.

Per æstatem, quæ est secunda anni tempestas, regnat calor tribus mensibus, hoc est, Lunâ quartâ, quintâ, sextâ; nimirum qualitas cordis ignei dominatur 72. diebus, & pulsus illam indicans est *kum* i. e. exundans; reliquis verò 18. diebus, per quos complentur 90. stomachus seu terra quintam stationem peragit, cujus pulsus sunt remissi, hoc est, ut clarius loquamur, *lie hia* æstatis inchoatæ mutationis tempus 15. dierum & sequens *Crao Ju* parvæ pluviæ mutationis tempus 15. dierum, & *Vam chin* herbæ nascentis seminum mutationis tempus 15. dierum habent cœlorum spiritus humidi radicalis diminutos ob calorem auctum, ideo in via cordis apparet pulsus *kum ta* i. e. magnus, exundans. Deinde *Kia Si* solstitii æstivi mutationis tempus 15. dierum, & *Siao Xu* minoris caloris mutationis sequens tempus 15. dierum &, *Ta Xá* magni caloris mutationis tempus 15. dierum habent calorum spiritus perfectos, unde in homine spiritus exsiccasse humidum censentur. Pulsus proinde in via parvorum intestinorum apparent exundantes, licet ad finem sint remissiores, in toto scilicet tempore *ta xá* in quo calor magnus generat humidum radicale. Per autumnum tertiam anni tempestatem regnat *Lean* calor medius seu temperatus tribus mensibus, septimâ Lunâ, octavâ & nonâ, & in illo, hoc est, pulmonum metallica qualitas 72. diebus dominatur, ac pulsus illam indicans *Maó* seu *feó* i. e. natans seu instar plumæ: reliquis verò 18. diebus per quos complentur 90 stomachus seu terra quintæ tempestatis stationis tempus pulsum remissum indicat, hoc est, ut clarius loquamur, *lieú cieu* inchoati autumni mutationis 15. dierum tempus, & sequens tempus *chu chu*

divisi

divisi caloris 15 dierum, & aliud sequens *pe lu* roris seu pruinæ albicantis mutationis tempus item 15. dierum, habent spiritus calorem resolventes siccum & augentes humidum, ideò in via pulmonis apparent *feu* vel *mao* pulsus natantes instar pennarum. Deinde *ci iem fuèm* medii autumni mutationis tempus 15. dierum; & sequens *ciam kiam* descendentis pruinæ mutationis tempus 15. dierum habent spiritus cœlorum reconditos; unde etiam in via magnorum intestinorum pulsus apparent *dí cí* parvi & crebro-obtusi natantes. Verum in toto tempore *vam kiam* mutationis remissiores sunt pulsus; & tempus illud est quintæ tempestatis, in qua stomachus 18. diebus dominatur.

Per hyemem quartam anni tempestatem regnat frigus tribus mensibus, Luna decima, undecima, duodecima. Vesicæ aquea natura 72. diebus tunc dominatur. Pulsus illius jam indicans est *chin* vel *xe* lapidis vel profundus; reliquis verò 18. diebus, qui complent 90. numerum terra seu stomachus cum remisso pulsu quintæ tempestatis obtinet tempus, h. e. ut clarius loquamur, *Lie tum* inchoatæ hyemis mutationis tempus 15. dierum, & sequens *ciao cioe* parvarum nivium seu pluviarum mutationis tempus 15. dierum; & sequens *ta ciné* magnarum nivium seu pluviarum tempus 15. dierum facit cœlorum spiritus abscondere sub terra, unde etiam in homine se recolligunt, ex quo viæ vesicæ pulsus apparent *xin* vel *xe* profundi, vel qui lapidis deorsum dejecti casum imitantur. Deinde *cum xi* hyberni solstitii mutationis tempus 15. dierum, & sequens *ciao kan* parvi frigoris mutationis tempus 15. dierum, & sequens *ta kan* magni frigoris mutationis 15. dierum tempus, magis recondi faciunt cœlorum spiritus, unde etiam in via ureterum apparent pulsus *ch mi taoń* i. e. profundi & breves; atque toto tempore *ta kan* i. e. magi frigoris pulsus remissi, qui spectant ad quintam stationem, in qua terra seu stomachus dominatur.

Ex his colligere potes, quomodo singulorum membrorum & intestinorum viæ in præcipuis mutationibus singulis temporum, quæ accidunt, per annum, diversos pulsus dominantes habeant, & quam ob causam modò assignare oportet præcipuarum seu magis notabilium mutationum per quinque anni tempestatis pulsus, & non solum pro illis membris & intestinis, quæ naturam earundem habent, verum universaliter, quæ omnibus membris ac intestinis earumque viis congruunt in singulis anni tempestatibus, ut inde pateat, quomodo per dictos pulsus constitutio connaturalis & sani hominis singulorum & omnium membrorum intestinorum & viarum, quæ ab illis veniunt, colligi possit.

Dico 2. Quilibet fons vitæ, (membrum inquam & intestinum,) & viæ illius habent pulsum connaturalem, qui indicat prædominium elementi, atque etiam

etiam tempus annuæ tempestatis, cui subjiciuntur, & idem ipse pulsus suos prædominantes spiritus & qualitates, à quibus oritur, aliis membris & intestinis seu fontibus vitæ ac viis illarum communicat, eâ plane ratione, ut reliqui quoque reliquarum viarum pulsus, præter pulsum suum connaturalem ac ordinarium sibi debitum in tempore illo annuæ tempestatis, illius quoque pulsus habeant qualitatem & spiritus: Sic v. g. hepar & fel ac viæ illorum elemento aëris seu arborum subjecta sunt, & veris primæ annuæ tempestatis pulsum connaturalem habent *hien* vel *Chun* chordæ extensæ similem & longum, illius spiritus & qualitates communicant aliis pulsibus connaturalibus, qui reperiuntur in viis cordis vesicæ, pulmonum, ventris, unde fit ut relatorum membrorum singulæ viæ præter suum connaturalem pulsum sibi debitum, habere debeant tempore veris qualitates & spiritus viæ hepatis, hoc est, ex longitudine & extensione illius.

Colligitur pulsus quinque anni tempestatum relatos in locis utriusque manus observare mensuram spirationum supra assignatam: Sic pulsus veris *hien* extensæ chordæ similis in sinistræ manus medio loco, hepatis indicans viam, (quod de reliquis pulsibus ac locis explorandis intellige) observat mensuram datam; similiter in eodem veris tempore pulsus *hien ta vie* vel *ci* arcui extenso similis, crebro-acutus assimilatur motui, quem verno tempore ventus perflans folia salicium excitat, & dicitur pulsus moderatus, quod videlicet in viis defectuosi humidi ab hepare & caloris lucidi à magnis intestinis per spiritus stomachi attemperetur. Iidem quoque pulsus uniformiter apparere debent in superficie, (ad pellem & carnes & in medio, (ad nervos) & in profundo, (ad ossa) in dicto hepatis viæ pulsum loco, (quod velim intelligas de aliis variorum pulsuum locis:) nam ejusmodi pulsus sanum hominem manifestè indicant. Quod si *hien to* & *quei hi xao* pulsus prædicti de intensione multum, & de remissis spiritibus parum habeant, & si sint *xe kiam* i. e. vehementer pleni h. e. si facto attactu fortiori ad carnes minus & in attactu ad pedis superficiem duplo plus de magnitudine, vigore ac violentia intensionis habeant, pulsus illi erunt *taihno* excedentes, & assimilantur *siun chan han* hastæ longæ violenter motæ, indicant calorem exundare, unde facies ad colorem cæruleum magis declinat, & æger facilè irascitur: spiritus enim magni ex stomacho furentium instar ad viæ *kine* in defectuosi humidi limites decurrentes pulsuum nervos pulsant, ex quo *hien* chordæ similis extensæ pulsus fit magnus, & ægrotare hominem graviter indicat. Si verò sit maximè plenus & celerrimus, (puta si ter in eodem loco exploratus videlicet ad pellem, & pellis carnem, nervos & ossa sive in superficiei medio & profundo:) nullos habere spiritus stomachi remissos deprehendatur, sed magnus & natans ubique exundet; sic ut

 in

in ſuperficiei pulſus ille attribuatur recto inteſtino, eſt mortalis; ictus intervallo unius ſpirationis 7. vel 8. finiit.

Similiter *yo* i. e. obliquus ſeu extuberans, *Kum* i. e. exundans æſtatis pulſus, qui celeriter venit, ſed languide recedit in ſiniſtra manus primo loco viam cordis indicans (intellige cum pulſus æſtatis in cordis loco aſſignatos exploras,) obſervare debet menſuram ſpirationum; ſimilantur motui gemmæ vel lapidis rotundi; qui ſi ter in eodem loco explorati (in ſuperficie, medio & profundo,) iidem ſpiritus appareant, ſanum hominem quoad cor indicant, verum ſi pulſus veniant ſolidi, & recedant etiam ſolidi celerius & multi violenter ſunt pulſus *Tai Kuo* i. e. excedentes, unde morbus ad extra prodiens faciem rubedine tingit, os ſitim patitur, æger pronus in riſum, quia ſanguis deſcendens diffunditur & reliquum corpus dolet & calet, eò quod habeant pulſus multum de obliquitate & exundantia & parum de ſpiritibus ventris, qui illam attemperent, quod ſi nil de ſpiritibus ventris ſit reliquum, & ſolus pulſus cordis exundans regnare appareat, mortalis eſt & aſſimilatur exploſo lapidi currenti ſeu volanti celeriter: porro ſi ſpiritus ventris pauci, parvi, & tardi & vacui adveniant, & parum habeant de exundantia, pulſus illi deficientes ſunt & morbum intra eſſe indicant, genarum malas quoque dolore & reliquum corpus.

Item *mau* i. e. plumæ ſimilis pulſus natantis autumni in manus dextræ primo loco viam pulmonum indicans ſervare debet menſuram ſpirationum. Similiter pulſus *mao ku kin ſeu* lenis, vacuus & ut pluma natans, qui venit celeriter, ſed cum abit, mox diſpergitur, aſſimilatur currus velo ſuperno, eſt magnus, nec aſcendens nec deſcendens, ſed moderatus, verum ſi pulſus iſti ſunt fortes, duri, ad latera vacui aut violenter magni ſunt *tai kuo* i. e. excedentes, & ſi ſunt raro obtuſi aſſimilantur motui illo, quem gallus excitat cum alas concutit, indicant morbum eſſe ad intra & ægrum lugere ac plorare, facies etiam albeſcit, quod ſi nihil de ſpiritibus ventris comperias & videantur ſimiles plumæ à vento raptæ, vel faſciæ ſolutæ volanti, mortales ſunt pulſus, (ſi inquam in ſuperficie, medio & profundo ejusdem loci nil deprehendas in pulſu, de ſpiritibus ventris:) porrò ſi valdè parum ſit de pulſu plumæ natanti perſimili, & multum de ſpiritibus ventris remittentibus, illi pulſus ſunt deficientes, indicant morbum eſſe ad intra, ſingultus crebri fiunt, & corpus friget.

Item *xe* i. e. lapidis ſeu *chiń* i. e. profundus pulſus hyemis & ſubtiles ſpiritus menſuram ſpirationum obſervare debet; ſimiliter pulſus ſurſum magni & infra acuti, debiles ac celeres, ſimiles cum gallina celeriter grana carpit, ſanum indicant hominem, & veſicæ viam bene habere, nam in medio illorum ſpiritus ſtomachi apparent. Quod ſi evadant *tam xé* i e. pulſus ſimiles lapidis violenter projecti motui, ſunt *Tai Kuo* i. e. excedentes & morbum annutiant

tiant esse ad extra, metu laborare hominem & faciem subnigrescere, parum habere de spiritibus. Quod si absolutè spiritus deficiant in pulsibus, neque inter illos continuatio appareat, plane, si quis solvit vinculum vel gallina paulatim carpit grana, ut guttæ stillant per intervalla, indicant spirituum defectionem & pulsus hujusmodi sunt mortales. Porro si pulsus abscedit frequenter & redit parvus, intra significat morbum lumborum ac renum dolorem & fluxum ex frigore.

CAPUT XVIII.

Qui pulsus vitiosi quinque annuis stationibus in loco connaturalium pulsuum irrepere soleant, & quos morbos indicent.

PUlsus anni quinque stationum habent interdum irrepentia vitia, unde morbi oriuntur, qui à pulsibus subintrantibus in locum naturalem indicantur. Porrò sciendum est, quod sicut elementa se mutuò invadunt, alterant, generant, ac ea, quæ sibi sunt contraria, destruunt: ita quoque in pulsibus fieri, vias & origines indicantibus, sic arbores, ignis, terra, metalla, aqua se invicem producunt, (puta hepar, cor, stomachus, pulmones, vesica:) rursus arbores seu aër, terra, aqua, ignis & metalla se invicem superant & destruunt, ut, quia veri & arboribus hepar subjicitur, si in loco viæ hepatis excluso pulsu connaturaliter illi debito subintret viæ pulmonum pulsus, clarum est, à metallis vinci arbores seu aërem, h. e. à pulmonibus, hepar; nam ex contrario loco pulsus ille advenit hepatis viæ; si verò hepatis viæ locus cordis pulsum obtineat, arbores generant ignem & mater filium, ut ipsi loquuntur; igitur à gnato damnum patitur mater h. e. à corde hepar; si idem hepatis locus viæ vesicæ pulsum habeat, quia aqua generat arbores, h. e. à vesica producitur hepar, tanquam à matre filius, clarum est, invadi à matre filium h. e. à vesica aquea hepar arboreum: si autem pulsus stomachi subintret, tunc, (sicut Sinenses loquuntur;) maritus invaditur ab uxore h. e. à terra arbores, sed hæc melius ex textu intelligentur.

Textus: Quidam morbi sunt *hiu sie* id est ex vitio vacui; quidam *Xé sié* id est, ex vitio repletionis: quidam *Cé sie* id est à latrocinii vitio; quidam *vi sie* i. e. ab exiguitatis vitio; quidam à *chim sie* i. e. rectitudinis vitio; sed quomodo hæc possunt cognosci? sequenti videlicet ratione: Locus pulsuum connaturalium si habet aliquem pulsum irrepentem ex loco, qui proxime post illum

illum eſt, vitium vacui enuntiat. Si habeat pulſum, qui in anteriori loco eſſe ſolet vitium repletionis indicat; ſi habeat pulſum contrarium ex loco contrarii ſui, quem vincere nequit, vitium latrocinii; ſi habeat ex loco tertio, quem vincere pulſus connaturalis poteſt, vitium exiguitatis; & denique ſi habeat pulſum connaturalem ei ſibi debitum, ſed vel ſumme intenſum vel ſummè remiſſum, vitium rectitudinis indicat, qui ut ex ſe facile venit, ita ex ſe facilè ſolvitur.

Comment. Singula membra & illorum vias interdum contingit laborare quinque vitiis & inde exortis morbis; ſed ut res clarior ſit, proponemus in exemplum cordis viam. Si in cordis viæ loco, in quo pulſus illius connaturalis exundans eſſe debet, ſi in locum illius ſubintret viæ hepatis arborei ſeu aërei, & veris magnus & longus pulſus ex loco proximè ſequenti & poſterior, cum arbores generent ignem, hoc eſt, via hepatis viam cordis dicitur ſubintraſſe, vitium vacui eſt, quia per arborem ſeu aëris copiam evacuatur ignis, & à matre damnum habet filius. Si verò pulſus ſubintret remiſſus & lentus ſtomachi terrei ex anteriori loco proximo, quia ignis generat cineres ſeu terram, & via cordis viam ſtomachi, pulſus ille nuntiat vitium repletionis; nam oppletum eſt cor, & ignis illius à terreo ſtomacho, & filius invaſit matrem; quod ſi ex contrario loco *Chin* profundus pulſus ſubintret, quia aqua eſt inimica igni, & via veſicæ viæ cordis, indicat vitium latrocinii, & cor invadi & vinci à veſica. Quod ſi viæ pulmonum ſupernatans brevis pulſus appareat, ex tertio loco quem pulſum pulſus connaturalis cordis vincere poteſt, cum metallorum copia obruat ignem, vitium exiguitatis indicat, quod videlicet poſſit ſuperari metallum ab igne. Si denique ipſius viæ cordis pulſus connaturalis per intenſionis exceſſum, vel remiſſionis defectum laboret, conſervando tamen ſuam ſubſtantiam, indicat vitium rectitudinis quia à medio recedit.

Hæc quinque vitia & morbos ex illis exortos meditari oportet; nam ex vitio vacui morbus naſcitur in corde ob ventum; & ſi ſit vitium repletionis, quod à cibo labore & defatigatione oneratur, hic morbus inde provenit; & ſi ſit vitium exiguitatis, cor inficitur frigore, unde maligna febris. Si ſit vitium latrocinii, morbus eſt ex humore & frigore mortalis aut certè periculoſiſſimus. Si ſit vitium rectitudinis, morbus eſt ipſius cordis qui ſine alio remedio à ſe ipſo curatur. Ex quibus colligitur, ſi intra tempus veris (qui hepati dominatur) viæ hepatis locus habeat pulſum *Su Ki* i. e. quintæ tempêſtatis annuæ, (eſt pulſus qui 18. diebus ultimus ad finem cujuslibet ex quatuor annuis tempeſtatibus regnat:) h. e. pulſum ſtomachi remiſſum, ne labores, ut ejusmodi pulſum Medicinis cures, quia per ſe morbus, quem indicat, ſolvitur, & cauſa illius *vi ſie* i. e. exiguitatis vitium facillimè curatur: quare cum dicitur,

tur, quod hepar habens pulſum ſtomachi curari nequit, non eſt intelligendum, quod habeat pulſum ex vitio exiguitatis exortum, ſed quod ſolus tantummodo pulſus ſtomachi in loco viæ hepatis appareat, & nil prorſus de pulſu viæ hepatis (vitii enim exiguitatis pulſus irrepens ſive ſit à ſtomacho ſive ab alio membro non tollit omninò pulſum in cujus locum ſubintrat) unde cum terra copiâ ſuâ opprimat arbores latrocinii vitium inducit. Porrò aliter ſe habet in vitio exiguitatis, nam terra opprimens debilitat aquam, venter videlicet veſicam, & terra generat metalla, ſtomachus pulmones, & ſi metalla invadunt arbores, h. e. ſi à pulmonibus hepar invaditur hepatis viæ veris pulſus intenſi ſi fiant moderati, h. e. à terreo ſtomacho remittantur aliquantiſper, habent vitium exiguitatis, quod non eſt magnoperè curandum. Secus eſt, ſi remiſſus ſolus pulſus ſtomachi appareat in hepatis viæ loco, nam tunc terra vincit & deſtruit arbores, & ſi pulſus hoc indicantes conſtanter perſeverent, à nullo prorſus curari poſſunt; ſimiliter diſcurrendum eſt de aliis membrorum viis & pulſibus. Nota verò diligenter ſex loca pulſuum, (tria dextræ & tria ſiniſtræ) habere duodecim viarum & originum (membrorum inquam & inteſtinorum) pulſum unicum connaturalem, quia non ſolum membrorum optimum ſtatum, verum etiam illis cohærentem inteſtinorum ſignificat, unde quæſtio oriri poteſt, cum ſubinde in loca connaturalium pulſuum irrepant pulſus præternaturales, qui conſequenter expellunt connaturales, quælibet vero loca ſunt duabus viis à membro videlicet & inteſtino promanantibus aſſignata, quomodo ex pulſu illo ſubintrante cognoſci poteſt, an manifeſtet ipſe membri malum, an verò inteſtini? Ad hanc quæſtionem Medici Sinenſes hanc dant reſponſionem, quæ ſedulò annotanda; nam ex illa erit manifeſtum, quomodo in eodem loco, in quo unicus pulſus contranaturalis deprehenditur, ex illo cognoſci poteſt an membrum an verò inteſtinum malè habeat.

Textus. Si in loco aſſignato pulſus *Su hé* i. e. celer appareat, indicat membri; Si *Sí hé* i. e. tardus, indicat inteſtini morbum. Celeritatem enim cauſat calor, tarditatem frigus. Ex quo cognoſci & diſtingui poteſt membranè an inteſtina male ſe habeant.

Comment. *Xam ham* i. eſt, maligna febris eſt in *taí jaḿ* i. e. magni caloris, in *mum jam* i. e. lucidi caloris, in *Xoá jaḿ* i. e. diminuti caloris viis. Tres dictæ viæ & origines illarum recipiunt morbum h. e. inteſtina, quibus dominatur *jaḿ* calor primigenius, & cauſat calorem extrinſecum. Porrò *taí yn* magni humidi, *kiné yń* defectuoſi humidi, *xaó yń* diminuti humidi radicalis viæ tres morbum etiam recipiunt & origines illarum, membra videlicet quibus *yñ* i. e. humidum radicale dominatur, quod cauſat frigus extrinſecum; unde colligere potes omnes vias *yâm* i. e. caloris primigenii producere calo-

d rem,

rem & omnes vias *yn* i. e. humidi radicalis producere frigus, frigus verò est causa pulsuum *Su* i. e. frequentium; quare frequentia in pulsibus reperta ægrotare intestina in eodem loco assignato manifestant. Quæres, cum singula loca per pulsus connaturales membrorum ac cohærentium intestinorum constitutionem congenitam indicent, si pro illis subintrent *ú sié* i. e. quinque vitiorum pulsus, quomodo ex illis cognosci possit, membrumne infirmetur ac intestinum illi cohærens; & an tarditas vel frequentia in pulsibus supra animadversa sufficiat? Resp. Membra sunt quinque ac intestina totidem, sed mutationes quinq; vitiorum bis quinquies esse possunt, unde decem diversi morbi; quod Sinenses sequenti ratione explicant.

Textus. Pulsus connaturalis unius loci quomodo potest subire decem mutationes, quia nimirum quinque vitiosos pulsus interdum *Kań* i. e. duros & magnos, interdum *queu* i. e. molle & parvos inveniri contingit.

Comment. Pulsus vitiosi sunt *hin* i. e. vacuus; *Xé* i. e. plenus; *Vi* i.e. exiguus; *Ce* i. e. latro; *Chim* i. e. rectus, deficiens vel illud excedens; porro *Kań* & *hiú en* i. e. durities & mollities sunt à calore primigenio & humido radicali; inde fit, ut durities quam operatur calor, efficiat pulsum *tai* seu *xin* i. e. magnum, & mollities pulsum *Vi* exiguum, unde fit, ut ista duo (h. e. modo unum, modo alterum) in pulsu contranaturali ex quinque vitiosis reperta interdum membrum, interdum intestinum ægrotare patefaciant; ac proinde primo intelligere debes quinque vitiosos pulsus, qui pro connaturalibus irrepunt in sex locis assignatis pulsuum, postea in singulis vitiosis pulsibus distinguere, an illis sit annexa mollities (hoc est parvitas seu subtilitas,) an vero durities, (h. e. grossities seu magnitudo.) Nam cum sint quinque vitiosi pulsus & durities quinquies accidere possit, similiter iisdem quinque advenire mollities totidem quinque vicibus, manifestum est decem vicibus mutationem cuilibet loco pulsuum assignato contingere posse, h. e. unum locum ex assignatis decem pulsus successivè habere posse. Exemplum sit viæ cordis loco, quod ad alia loca pulsuum applicare poteris, & ex irrepentibus pulsibus vitiosis ibi repertis dignoscere, utrum membrum an intestinum ægrotare indicent.

Textus. Locus viæ cordis connaturalem pulsum habet *Kum* i. e. exundantem, si excluso illo invenias pulsum *hien kie xun* i. e. chordæ extensæ similem, valde longum & magnum & præterea durum, patet cordis membrum laborare *kan kiú sie* ab hepatis membro h. e. vacui vitio cum duritie. Si verò idem pulsus *hien cham* i. e. extensæ chordæ similis & longus, præterea sit *kie vi vien* i. e. parvus & mollis, vitium est *men kiu hye* i. e. vacui cum mollitie à felle in parvis intestinis, quæ adhærent membro cordis. At si in eodem loco viæ cordis sit connaturalis eidem pulsus *Kuin* i. e. exundans, sed sit *kam*

tai

tai xim i. e. durus & magnus excessivè, cordis membrum laborare vitio rectitudinis intelligitur ob excessum; si verò idem pulsus exundans sit subtilis & parvus, parva intestina in seipsis habere vitium rectitudinis. Si deinde in loco viæ cordis sit pulsus *huom Xin* vel *Can* remissus sed durus & magnus, manifestum est, irrepsisse vitium *xe* repletionis à stomacho in membrum cordis, sed si ille remissus pulsus appareat *vi juen* mollis ac subtilis seu parvus, signum est, vitium repletionis à ventre irrepsisse in parva intestina.

Si in loco viæ cordis pro connaturali subintret *Ci* i. e. pulsus rarus, & *Xin* seu *Can* i. e. magnus seu durus, manifestum est vitium *vi cié* exiguitatis à pulmonibus irrepsisse in cordis membra; si autem idem pulsus rarus sit *vi* vel *juen* parvus vel mollis, signum est vitium exiguitatis à magnis intestinis irrepsisse in parva intestina.

Si denique in loco viæ cordis pro connaturali subintret pulsus *Chin* i. e. profundus, sed *Xin* vel *Can* i. e. magnus & durus, manifestum est à vesica vitium latrocinii *Cé sié* irrepsisse in cor; si autem idem pulsus profundus sit *Vien* vel *Vi* i. e. mollis ac parvus, indicium est ab ureteribus vitium latrocinii irrepsisse in parva intestina. Quare cum ex quinque membris singula habere possint quinque pulsuum vitia seu quinque vitiosos pulsus, quos postea contingit habere quinque vicibus mollitiem, & quinquies duritiem, bis verò quinque efficiant decem, sequitur cujuslibet loci pulsuum decem mutationes fieri posse. Hoc quod de corde & loco illius & illi adhærentibus parvis intestinis ac viis assignavi, considerare oportebit.

Adverte primò progressum, morbos & mortem in quinque tempestatibus annuis ex pulsibus, qui habent naturam quinque elementorum, certò haberi posse. Sic ver (puta locus viæ hepatis elemento arborum seu aëris subditi, qui habere debet connaturalem pulsum *hien* i. e. chordæ extensæ similem;) si autumni pulsum habeat irreptitium, (puta pulmonis metallici viæ pulsum *Ci* i. e. rarò-obtusum,) scias mortem advenire quia à metallis superantur arbores; mors contingit in *Kia Su* i. e. cyclo sexagenario incipiendo illum numerare à veris principio inter diem *Kem Xim* 57. & *Sin ieu* i. e. 58. quæ dies sunt subditæ arborum seu aëris elemento.

Eodem modo æstas, (puta in loco viæ cordis ignei, qui debet habere naturalem pulsum *Kum* i. e. grossum seu exundantem,) si hyemis habeat pulsum, (puta vesicæ aqueæ viæ pulsum *Chin* profundum,) scias mortem advenire, nam aqua superat ignem, mors contingit in cyclo sexagenario numerando illum à principio æstatis intra diem *gia im* 29. & diem *kan fu* 30mam. Item hyemis puta in loco viæ vesicæ aqueæ, in quo debet esse pulsus connaturalis *Chin* profundus; si quintæ tempestatis annuæ (quæ incidit in finem

 cujus-

cujuslibet ex quatuor temporibus) pulsum habeat, puta viæ stomachi terrei, pulsum *huôm* i. e. tardum & languidum, scias mortem advenire; nam à ventre vesica superatur seu à terra aqua, mors contingit in cyclo sexagenario, numerando à principio hyemis inter diem *xio xim* 44. & *sui ie* 46. in quibus terra regnat.

Autumnus (puta in viæ pulmonum subditorum metallis, qui debet habere pulsum *Ci* obtuso-rarum,) si æstatis habeat pulsum, puta cordis ignei viæ pulsum *kum* exundantem, scito mortem venire, nam metalla superantur ab igne, contingit mors, in cyclo sexagenario, numerando illum à principio autumni, inter diem *piú xim* 33. & *tim ieú* 34. in quibus diebus ignis regnat.

Quinta tempestas, quæ diebus 18. durat in fine cujuslibet ex quatuor annuis temporibus (puta in tertia Luna, in sexta, nona & duodecima, in loco viæ stomachi subditi terræ pulsus debet esse remissus,) si veris pulsum habeat, (puta hepatis, qui dominatur arboribus) pulsum *hien* i. e. extensæ chordæ similem, scias mortem advenire, nam ab arboribus seu aere superatur terra, mors accidit in cyclo sexagenario inter diem *tin* & *iu mau* 53. & *kiá im* 54.

Adverte 2. si veris tempore seu in loco viæ hepatis videas pulsum viæ vesicæ, hepar laborat vacui vitio. Proinde si vis medicari malo, restaura matrem. Mater hepatis arborei est vesica, sicut arborum aqua, & si hepatis viæ locus habeat pulsum plenum, seu cordis exundantem, signum est hepar laborare vitio repletionis; ideo debes filium purgare, h. e. cor solvere aut evacuare per purgationem. Similiter de reliquis membris & viarum loco discurrere per singula; si in medio veris locus viæ hepatis pulsum tempestatis obtineat, stomachus terreus invasit hepar arboreum, uxor videlicet virum, estque vitium exiguitatis, sed si idem locus viæ hepatis crescat vel minuatur in pulsu, scito vitium ex se solvi seu curari.

Adverte 3. ut bene percipias *xe* & *hin* i. e. vitium repletionis & vacui, & Medicinam, quam illis adhibere debes, siquidem quos pulsus vacuos esse repereris, restaurare necesse est illorum matrem seu originem, quod si pleni sint, evacuare oportet vel purgare filium. Inprimis autem notare oportet, quod sicut frigus est tardum, ita quoque calor est celer, qui subjicitur ignis elemento; ventus autem ex frigore ortus, arborum elemento. Igitur si arborum elementum puta hepar, invadat sedem ignis, puta viæ cordis locum, cum intra arboris elementum ignis tanquam in sua materia recondatur (puta in hepatis via, via cordis) & ignem non ferant metalla, utpote quæ ab illo resolvuntur, (hoc est, via pulmonum non ferat viam cordis,) ideo metalla non possunt me de elemento arborum (h. e. via pulmonum viæ hepatis) unde elementum arborum (puta hepar) evadit vehementius plenius & calidius, ex quo generat

nerat ventum frigidum. Porro frigus subditum est aquæ & aër metallis, unde aqua adveniens metallis (puta pulsus viæ vesicæ loco viæ pulmonum) intendit metalla, quæ frigent & per frigus generant aërem, ex quo ventus gignitur. Quare si ad orientem spectans hepar sit plenum, & si ad occidentem spectantes pulmones sint vacui, necesse est ut evacues seu solvas cor ignem ad austrum pertinens, (nam cor est filius hepatis sicut ignis arborum) & restaures ad boream pertinentem vesicam (nam vesica est mater hepatis sicut aqua arborum:) sic enim evacuato & exinanito igneo corde, pulmo metallicus assequetur aëris connaturalem plenitudinem & temperiem, & arboreum hepar vacuum ventum ex se ipso faciet sistere. Deinde cum frigus generet aerem & boream unde vesica repletur, & auster, hoc est cor, vacuus est, regula medendi est, ut evacues borealem aquam vesicæ, & restaures austri igneum cor. Etenim aquâ diminutâ, h. e. vesicâ in suum statum connaturalem reductâ, ignis, puta cor, assequitur connaturalem suam temperiem, & metallici pulmones, ex se vacui, temperiem connaturalem suæ naturæ aëreæ vel arboreæ assequuntur. Oportet itaque duo speculari, plenum videlicet & vacuum; nam illud prius non aliam Medicinam habere potest quam evacuationis adhibitam in filiis; hoc posterius non aliam Medicinam habere debet, quam repletionis in matre. Porro ex tarditate pulsuum intelliges vacuum, & ex velocitate plenum; similiter ex velocitate calorem, qui gignit ventum, & ex tarditate frigidum qui gignit frigidos spiritus.

His annotatis, illa membra & intestina, quæ laborant vitio vacui, habent pulsum ex posteriori loco, seu à sua matre invaduntur. Debet autem solvi filius seu purgari, & nisi solvatur, curari non potest ille pulsus; Mater item illius loci vacui debet restaurari. Quæ autem membra & intestina laborant vitio repletionis, habent pulsum ex anteriori loco, seu à suo filio invaduntur. Debet autem repleri mater, & solvi filius, ut, v. g. si hepar aëreum invaditur à corde igneo, filius invadit matrem, est vitium vacui in hepate aëreo; ideo matrem hepatis restaura, i. e. aqueam vesicam & solves filium, hoc est igneum pulsum cordis. At si hepar invaditur à vesicæ pulsu aqueo, mater invasit filium, hoc est, aqua arbores, & est vitium repletionis in hepate; ideò hîc matrem hepatis evacua seu vesicam; & filium hepatis h. e. cor solves: nam si hepati arboreo vacuo velis mederi per pulmones metallicos, inducendo pulsum illorum, cum hepar habeat intus aquam, & ex hepate fiat ignis, qui solvit metalla, unde arbores non ferunt metalla, ac proinde sic morbos non curabis sed augebis; & sic de reliquis intelligitur locis membrorum aut intestinorum, quæ laborant vacuo vel re-

pletione, quæ nequeunt Medicinam habere à membris & inteſtinis à ſe tertio loco diſtantibus.

Textus. Si fuerit oriens repletus, & occidens evacuatus, neceſſe erit, reſtaurare boream & evacuare auſtrum; quam ob cauſam metalla, arbores, aquam, ignem, terram oportet inter ſe æqualiter ſervare: porro arbores ad orientem, metalla ad occidentem ſpectant. Si igitur vis eſſe connaturalem plenitudinem in metallis, fac æqualitatem in igne; ſi vis ignis habere æqualitatem, fac conſervari æqualitatem in terra; ſi vis arbores retinere ſuam plenitudinem connaturalem, fac ſervent metalla ſuam æqualitatem; ſi vis ignem retinere ſuam connaturalem plenitudinem, fac aquam obſervare ſuam æqualitatem.

Ad Orientem ſpectat hepar; quod ſi hoc videas eſſe repletum ab alio, ſcito ob eam cauſam pulmones ſeu metalla, quæ ad occidentem ſpectant, eſſe vacua quare evacuare neceſſe eſt, ſeu ſolvere per purgationem auſtri ignem, ſeu cor, & reſtaurare boream i. e. aqueam veſicam, quia auſtri ignis & arborum orientalium filius, h. e. cor filius hepatis, & boreæ aqua eſt mater arborum, h. e. veſica eſt mater hepatis: quod ſi verò aqua vincat ignem, cum filius non poſſit matri dare plenitudinem, verum mater poſſit filio dare exinanitionem, ideo evacua ignem & reſtaura aquam; nam ſi velis adhibere metalla, cum hæc non poſſint arborum æqualitatem aſſequi, ſequitur, quod nec poſſit medicari vacuitati.

Comment. Æquale eſt illud, quod medium neque excedit, neque ab eo deficit. Quinque elementorum malum, eò quod vincant vel vincantur elementa, eſt & vocatur vel exceſſus *tai kuo*, vel defectus *pú kie* v. g. Orientis repletio eſt arborei hepatis repletio, quia ad orientem pertinet hepar propter elementum arboreum, quod in hepar dominatur. Occidentis vacuitas eſt metallici pulmonis vacuitas, quia pulmo ſpectat ad occidentem ob metallorum elementum, quod dominatur pulmonibus. Cum igitur metalla habeant defectum, non poſſunt ad medium ſeu æqualitatem reducere arborum exceſſum, oportet igitur exinanire ſeu ſolvere auſtri ignem, & reſtaurare boreæ aquam; ignis enim eſt filius arborum, unde ſi ſubtrahas filii ſpiritus, fiet ut & filius habeat, quo paſcatur, & mater non deficiat, per quod etiam exceſſus *tai kuo* tollitur. Rurſum aqua eſt filius metallorum, ſi filii ſint ſpiritus abundantes, facies, ut non amplius abſumant illud, quod mater conſumere debet, ex quo fiet, ut metalla non habeant *pu kie* defectum, & aſſequantur æqualitatem, arbores quoque ad nullam partem declinantes, medium obtineant. Nota verò hæc diligenter, ne in hoc artificio medendi erres, ſiquidem ſi ea quæ evacuanda ſunt, reſtaures, & ea, quæ reſtauranda ſunt, evacues, morbos potius augebis, & mortem potius, quam valetudinem acceſſes.

Colli-

Colligitur 1. *yn* humidum radicale & *yâm* calorem primigenium cum vincunt & vincuntur, habere etiam vitium vacui & repletionis, ut si v. g. loci *Cum Keu* i. e. primi (cujus natura & pulsus est natare & magnum esse,) sit contrarius pulsus, parvus videlicet ac deficiens, & si loci tertii *Chě* (cujus natura & pulsus est profundus,) contrarius sit plenus aut magnus, sequitur, quod in priori loco *yam̃* i. e. calor primigenius deficiat & vitium vacui habeat, & humidum radicale in pulsu suo excedente vitium habeat repletionis, unde necesse est primi loci pulsum seu naturam caloris primigenii replere; nam sic recedet ille pulsus parvus deficiens, & hinc ex pulsibus deficientibus fiunt connaturales; & in tertio loco vel evacuare illum pulsum magnum & excedentem vel replere humidum radicale, ut pulsus illi profundi naturales redeant & abeant excedentes. Sed memineris, quod quando caloris primigenii spiritus sunt deficientes, & humidi radicalis spiritus excedentes, ut primo restaures calorem primigenii, & postea evacues spiritus humidi radicalis; sic enim unumquodque reducetur ad suam æqualitatem naturalem. Rursum si spiritus humidi radicalis deficiunt seu sunt vacui, & caloris primigenii excedentes seu repleti, primo restaura humidum radicale & postea evacua calorem primigenium; sic enim reducentur ad connaturalem æqualitatem, & spiritus ac sanguis componentur in sui motus harmonia & illam continuabunt.

Colligitur 2. Quomodo sit intelligendum quod sæpissime dicunt Medici Sinenses: Pulsus habent vacuum vel plenum, item quæ explorantur (puta membra) habent vacuum vel plenum; cum videlicet membra carent spiritibus ad intra, quibus spoliantur ad extra dicuntur habere vacuum: cum verò intra habent fundamentum sed extra à malignis spiritibus læditur homo, membra dicuntur habere plenum, quæ duo vitia pleni & vacui, & ab illis morbis, is, qui explorat, poterit cognoscere.

Pulsus vacui sunt debiles, subtiles, molles, & tardi: pulsus pleni sunt intensi & trahentis instar: ubi priores reperiuntur, indicant vires parvas cordis, afflictionem cerebri, ventum, in auribus sonitum, partem denique infimam corporis frigere: ubi verò posteriores percipiuntur, statim in tribus locis excessum habere deprehenduntur, nam sunt frequentes, exundantes & magni, & indicant ventum frigoris, & suffocati calorem, & ingrediuntur ab extra ad intra, & valde pleni videntur: quare morbus, cum de extra ingreditur, ad intra facit vacuum, & cum de intra egreditur ad extra, facit plenum; tunc enim venti frigus & caloris humidum *fum san xu xe* de extra intrant lædere hominem.

Pulsus remissi, vacui, ab intra egredientes tarditatem & languorem inducunt: pulsus pleni & frequentes malum ad extra causant, h. e. venti frigus & calo-

caloris humidum, ex quo vitæ vel mortis sententiam ferre poteris: nam explorans vacui pulsus, comperies sanguinis defectum, & mollescere carnes & pellem. Explorans plenipulsus, invenies plenitudinem sanguinis, quæ dolorem causat, ob interceptum motum. Unde si vel leniter tangas, morbum doloris ex repletione colliges & esse malum spirituum extra & non intus, ideò extra dolorem & intrà defectum habet, h. e. extra est plenus & intra vacuus: at si exploras fortius & morbus est intra ac profundè, malum spirituum est intra, quod non apparet extra; ideò dolorem intra & defectum habet extra. Ex quo intellige, cur dicatur intra esse plenitudinem & extra vacuum. Quæres, quare dicatur, quod via ordinaria ex se habeat morbum seu vitium rectitudinis? & quare dicatur, quod *V sie* i. e. quinque vitia lædant alia? Respond. Sciendum est, cordis alimentum esse purissimum, & à tristitia, sollicitudine atque curis lædi, humidum dominari pelli & pilis, ventris frigus & ciborum lædere pulmones; iram (quæ avocat spiritus sursum, & sanguinem ex hoc facit non progredi) dominari hepati, cibos & potum ac defatigationem stomacho, moram in humido vel aqua & contentionem dominari vesicæ. Ista sunt quæ morbum membris afferunt, & illorum viis ordinariis, & quæ dicimus absque Medicina curari à seipsis.

At verò *V sie* quinque vitia, quare alia lædere dicuntur? quia videlicet læsionem causant, vel per *chum sum* i. e. interiorem ventum (puta cum hic ingreditur corporis vacuum, & apparet in hepatis sede) vel à *Xu* caloris æstu, (æstate enim calor vehemens excitat odii passionem, à qua ignis cordis læditur, & à calore illâ passione, cui dominatur, infecto) vel à cibis ac potu & defatigatione (puta cum sunt nimia & pectus ac lumbos, nec non stomachum replent) vel à *xam ham* i. e. maligna febri, cum mensibus hyemis malum frigoris movendo, à pelle & carnibus ad pulmones serpit, quod dominatur pelli & pilis, unde pulmo est sedes malignæ febris. Vel à *Chin Xe*, i. e. humido interiori (hoc est à pulmonum & ventorum humiditate & montium ac vallium, unde vesica, quæ subditur aquæ, recipit ab illa malum & malignos spiritus.) Ista sunt quinque mala, quæ lædunt, & videri possunt clarè in exemplo cordis. Etenim si cor ægrotet malo *Chum sum* i. e. interioris venti, scire hoc poteris ex colore *xe* rubeo, quia enim hepar dominatur omnibus coloribus, in se efficit colorem *Cim* i. e. cæruleum, & cum via hepatis ingreditur, cor efficit rubeum; cum ingreditur stomachum, efficit colorem *huam* i. e. flavum; cum ingreditur pulmones, efficit *pe* i. e. colorem album; & cum vesicam efficit, colorem *hé* i. e. nigrum. Ideò cum malum hepar inferat cordi, seu vitiet cor, hoc vitium non aliunde esse intelliges, nisi ex hepate, & hoc ex colore rubeo, si adsit, nam omnium colorum Dominus est & productor hepar,

par, morbusque ille dici potest *hui ſye* i. e. à vitio vacui, facit in corpore calorem, qui à corde eſt in lateribus, & ex oppletione dolorem; pulſus illum indicans eſt *feu ta chi hien* i. e. natans, magnus, chordæ extenſæ ſimilis, hepar enim venti morbum cauſat in corde.

Si verò æger lædatur *Xu* i. e. à calore, ille odit odorem & fœtores; quinque inteſtina habent quinque odores, omnibus autem fœtoribus & odoribus cor dominatur, unde in ſe facit odorem ſeu fœtorem *Cráo* i. e. aduſtum, & via cordis ingrediens ſtomachum ibi efficit *hián* i. e. odorem ſuavem; ingrediens autem hepar ibi facit odorem *Cao* i. e. carnis; ingrediens pulmones facit fœtorem *Cim* i. e. carnis putridæ. Ideo ſi odores & fœtores odio habere ægrotum videas, intelligas morbum eſſe in corde, à cordis magno calore, qui ipſum affligit, pulſus illud indicans eſt *fan ta* vel *fan* exundans, magnus, qui mox diſpergitur, ſed intenſus: malum hoc per æſtivum tempus accidit eſtque à vitio rectitudinis *Xin cye*: ſi verò æger ſit ex cibi ac potus nimietate & defatigatione nimiâ, appetit amarum ſaporem & eo gaudet, (nam ſtomachus nequit digerere, quo fit, ut careat Orexi ſive appetitu comedendi, plenus namque ſtomachus benè digerens famet & appetit comedere:) & tunc morbus eſt calidus à corde quod dominatur calori, & à ciborum gravedine, ex qua obdormiſcit corpus, ſed non benè quatuor partes, pedes ſcilicet & manus habent pulſus qui hunc morbum indicant, reperti in loco viæ cordis *huon* i. e. remiſſi & languidi, malum ſtomachi ſeu *Xe ſie* i. e. vitium repletionis ſignificant: nam cum ſtomachus domineur ſaporibus, ſi via ejus ingreditur hepar facit ibi *Suón* i. e. acidum ſaporem; ſi ingreditur cor, facit ibi amarum ſaporem qui *Ku* dicitur; ſi ingreditur pulmones facit ibi ſaporem *ſiń* qui adurit; ſi ingreditur veſicam facit ſaporem ſalis, ipſe verò ſtomachus in ſe habet ſaporem dulcem. Ideò ſi morbum ſcire vis in corde h. e. in homine, qui laborat cordis morbo, hic ſi appetit ſaporem amarum aut quemcunque alium, ſcito cor ægrotare & pati malum à ſtomacho, qui omnibus ſaporibus dominatur & appetitum ac deſiderium amari induxit. Si æger lædatur à *Xam han* malignâ febri, & multum garriat, & quæ ad rem non pertinent; non aliter ſcire poteris morbum niſi advertas, quod quinque inteſtina habeant quinque ſonos, & quod pulmones dominentur vocibus & ſonis. Nam ſi via pulmonis ingreditur hepar, ſonum *hu* i. e. gemitum in eo efficit; ſi ingreditur cor, *yeu ciao* i. e. loquacitatis vel riſus eſt cauſa; ſi ſtomachum, *Ko* i. e. cantus; ſi veſicam *Xiń* i. e. ſingultum: in ſeipſis verò pulmones *Kó* i. e. fletum efficiunt. Ideò morbum malignæ febris in corde à pulmonibus exortum, ſeu vitium exigui *vi ſye* ex eo conjicies, quod videlicet æger corde loquax ſit & garrulus, quam garrulitatem non haberet, niſi pulmones invaderent cor, qui ſunt Domini quinque vocum

 & ſo-

& sonorum, quare à pulmonibus vitium est, in corde & morbus frigido-calidus cor irrigat & corpus ac pellem & pilos: pulsus indicans in loco viæ cordis apparet *feu* vel *ci* i. e. natans magnus & rarus. Si lædatur æger à *hujá xe* i. e. humiditate interna, ille gaudet se sudare semper, & inde intelliges, quod vitium à vesica occupavit cor: Vesica dominatur humoribus & liquoribus quos quinque habent intestina. Cum via vesicæ ingreditur hepar, lachrymarum aquam producit; cum ingreditur cor, sudorem, qui non sistit; cum ingreditur stomachum, salivam nimiam; cum ingreditur pulmones, mucum narium multum; in se verò urinæ aquam. Ideò animadvertes in corde esse morbum à vesica, seu *ce sie* i. e. vitium latrocinii, si sudorem nimium reperias, (aut aliquem ex prædictis humoribus, nam illis omnibus vesica dominatur,) nam vesica humorem cordi communicat, unde cor per calorem commovet lumbos & frigus vesicæ accurrens, quod ibi residet, reprimit contrarium & exprimit sudorem. Pulsus hoc indicantes sunt *Chin tá* i. e. profundi, magni, molles. Hæc sunt quinque vitia & causæ illorum.

Adverte autem, quicunque æger in dictis morbis desideret frigus, vel irridere homines, & cum illis conversari, quia dicti morbi causantur exterius *à yam* i. e. calore primigenio, ideo apparent extra & sunt in intestinis: at quicunque æger desiderat humida & non gaudet ridere homines, & potius mavult manere solus occluso ostio, oditque voces & loquelas, quia morbi supra memorati causantur ab *yn* i. e. humido radicali, ideò palam est, illos morbos esse ad intra & in membris. Inde fit, ut radix morborum, qui sunt in intestinis h. e. calore primigenio, nulla planè sit, quod videlicet ipsi morbi sursum deorsum moveantur & quasi natent, neque enim habent locum statum aut ordinarium, ideoque facilis sunt curationis. At verò radix morborum in membris, qui sunt ab *yn* humido radicali, est profunda, nam dicti morbi in determinato loco sistunt, nec ab illo recedunt & hærent ordinariè, ideoque difficilis sunt curationis. Horum autem ratio sequens est. Morbi illi qui irrepunt in vias currentes, connaturaliter ab una ad aliam mittuntur v. g. si morbus irrepat in cor, cor illum remittit ad suum filium stomachum, (ignis videlicet ad terram quam generat, stomachus seu terra ad pulmones seu metalla, pulmones ad vesicam seu aquam, vesica ad hepar seu arbores, & hepar vel arbores ad cor sive ad ignem,) unde ex illa mutua communicatione circulationis naturalis quæ fit sine interruptione, fit, ut vitium irrepens facilè curetur cum non habeat stabilem sedem seu radicem. At verò morbi illi, qui irrepunt in vias, quæ connaturaliter circuli inter se cursum non observant, efficiunt, ut viæ & membra, quæ illos morbos recipiunt, cursum instituant, eo fine duntaxat, ut malo se exonerent, & ad alias vias tametsi contrarias remittant. E. g. si sit mor-

morbus in corde, cor illum morbum non mittit ad suum filium ad stomachum, (ignis enim filius est terra;) sed mittit ad pulmones, ignis videlicet ad metalla, & pulmones ad hepar; metalla, inquam, ad arbores, hepar ad stomachum h. e. arbores ad terram, stomachus ad vesicam, terra, inquam, ad aquam; & vesica denique ad cor, h. e. aqua ad ignem: Cor autem ut se exoneret malo iterum tentat remittere illud ad pulmones, sed illi scilicet respuunt, quia nullum membrum sinit se lædi duabus vicibus; atq; ideo mori hominem necesse est, aut certe periculum morbi maximè diuturni & periculosi subire. Atque ita ejusmodi morbi, cum sedem fixerint in membris, difficillimæ sunt curationis. Nota verò morbos illos priores vocari *ciu* quod videlicet recipiunt spiritus *yâm ki* i. e. à calore, & ut supra diximus, qui quamvis oriantur in intestinis, nullum locum stabilem habent aut radicem fixam, & cum sursum deorsum sine ordine vagentur, mutantur facilè & sunt ad extra. At verò alios morbos vocari *Cye* i. e. aggregationis, quia scilicet aggregant *yn ki* i. e. spiritus humidi radicalis, & sunt in membris, in quibus, ut suâ sede, hærent & sunt ad intra e. g. morbus hepatis, quia hepar est in sinistra, morbus quoque in sinistro latere; si sit in pulmone, qui ad dextram est, morbus illius *Cye* i. e. aggregationis spirituum est in dexto latere.

Cor residet supra umbilicum, vesica infra, stomachus in horum medio, similiter & morbi illorum, qui non recedunt ab illis locis, ac proinde pulsus superiorum *feu* & *tum* i. e. natans & commovens indicat morbum esse extra, & inferiorum *Chin* & *tum* profundus & commovens indicat esse morbos intra.

Quæres quinque membrorum morbi *cie ki* i. e. aggregationis spirituum, quæ vocabula & loca habent & quo tempore contingunt? Res. Hepatis morbus *Sie* aggregationis spirituum vocatur, *feú ki* i. e. pinguedo spirituum. Assimilatur *feu poi* inverso calici, nascitur in sinistro latere & per multum temporis nequit mederi, creat tussim & frigido-calidum morbum, integro ferè anno perseverat, quia videlicet hepatis malum, puta arborum, recipit pulmo, i.e. metalla, quod malum remittit ad stomachum terreum, qui cum prædominetur suis qualitatibus 18. dierum spatio, debilitat & impingit quidem illud, sed tandem remittit ad hepar, qui illud recipit, & cum stomachus & venter vacui sint, ideò frigus & calorem die certo facit & tussim creat, & rursum cum hepar remittat ad pulmones, qui illud respuunt & illi generent ventum, ideo manet illa aggregatio spirituum seu *cié* morbus, ac æstatis tempore in cyclo sexagenario *Sio cú* interdum 25. & 26. incipit.

Cordis morbus *Cié Ki* vocatur *fo leam* i. e. trabis casus immobilis, est supra umbilicum, affligit cor & contristat, diu non curatur, contingit in au-

tumno inter diem 27. & 28. nam vesica morbum & malum remittit ad cor, hoc ad pulmones, pulmones autumni tempore prædominantur suis qualitatibus, nec recipiunt malum, sed ad cor remittunt, cor autem ad vesicam, sed illud vesica respuit, inde fit malum *cie* aggregationis spirituum.

Morbus stomachi *cié ki* vocatur *poi ki* i. e. repletum vasculum spiritibus, & quia stomachus est in medio, malum illud in cavitate ventris residet, dominatur manibus & pedibus, nec recipit à stomacho colorem flavum, puta morbum ictericum, & cum stomachus recipiat humido-calida, atque cibus & potus non adgenerent carnes, ex quo gigni solet morbus flavus ictericus, pro illo oritur malum aggregationis *cie ki* spirituum stomachi, quod diu curari nequit.

Accidit vero in hyemis sexagenario cyclo inter diem *Chiń* & *Keḿ* i. e. decimam nonam & vigesimam, nam hepar morbum dimittit ad stomachum, hic ad vesicam, quæ in hyeme prædominatur qualitatibus nec illud recipit, sed ad stomachum iterum remittit, qui hepati illud communicat sed ab hoc respuitur, unde nascitur ille morbus *poi ki*. Pulmonum morbi *cié ki* vocabulum est *cié pueń* residet infra latus dextrum, diu curari nequit, metum inducit & etiam in respiratione imperfectionem. Pulmones dominantur pelli & pilis, quæ duo indurescunt, tussis quoque advenit diuturna, nec facilis est respiratio. In veris sexagenario cyclo contingit inter diem primum & secundum, nam cor malum mittit ad pulmones, hi ad hepar quod in vere prædominatur qualitatibus, nec recipit malum, sed iterum remittit ad cor, cor verò nequit illud recipere, quare nascitur inde aggregatio *cye* morbi *cié pueń*. Vesicæ morbi *Cieki* vocabulum est *pueń túy* morbus sicut infra residet & diu curari nequit, singultus facit; vesica est filius pulmonum ideò deplorat matris malum & paucitatem spirituum, dominatur ossibus, ideò causat morbum, qui impedit gressum ob debilitatem. Contingit in æstatis sexagenario cyclo inter diem *pim* & *tim* 3. & 4. siquidem malum stomachus mittit ad vesicam, hæc ad cor, quod in æstate prædominatur qualitatibus, & non recipit malum, sed illud remittit ad vesicam, hæc verò ad stomachum, qui illud respuit, unde nascitur *Cie Ki* i. e. aggregatio spirituum dicti morbi. Hæc de his quinque malis *cie ti* quinque membrorum & morborum diligenter notanda sunt.

Colligitur 2. quomodo prognostica sumenda sint, quando annuæ tempestates pro suis connaturalibus pulsibus contrarios habent. Veris tempestas trium mensium tempore dominatur, pulsus sibi debiti hoc tempore sunt hepatis, postea in secundo loco sequitur pulsus cordis, postea pulmonum, deinde vesicæ Isti sunt quatuor pulsus, qui quatuor anni tempestatibus vigent. Porro ubi ventum est ad sextam Lunam, terræ seu stomachi pulsus dominium appa-

rere debet, quod si pro illo irrepat vesicæ pulsus, qui est illi contrarius, indicat post 7. dies mortem; ideo enim contrariatur vesica stomacho, quia in æstate, quando dominatur ignis, cordis pulsus primò apparere debebat, postea in sequenti tempore pulmonum pulsus, & cum irrepserit vesicæ pulsus pro illo, dicitur ideò vesica contraria fuisse stomacho, qui post pulmones mox sequebatur; unde quinta vel sexta Luna inter 23. & 24. diem, quibus *tu* terra dominatur, mors accidit.

Si pro pulsu hepatis appareat stomachi pulsus, post 13. dies mortem nuntiat; ideò vero dicitur stomachus contrariari hepati, nam illius pulsus in vere primo apparere deberet, & cum pro illo stomachi pulsus irrepat contrarius illi fuisse, censetur unde mortem prima vel secunda Luna *kai je* inter primam & secundam diem venire necesse est.

Si vesica contrarietur hepati, mortem venire post tres annos indicat, nam in vere debebat primò pulsus hepatis apparere, & pro illo irrepsit pulsus vesicæ, ideo vesica contraria fuisse hepati dicitur, ac proinde 7. Luna vel 8. mors venit inter diem *Kem Sin* 27. & 28.

Si vesica contrariatur cordi, post duos annos mortem exspecta, nam in æstate cordis pulsus apparere debebat, & pro illo apparuit pulsus vesicæ, seu quod idem est apud Sinenses, viæ vesicæ, & ideò dicitur cordi vesicæ contraria, ac mors sextâ Lunâ inter *siu su* 25. & 26. contingit diem.

Colligitur 3. quomodo sciri potest destrui & mori membra aut intestina, & de horum destructione præsciri mortem?

Ægroti hominis si hepar destruitur, octovo die moritur, illius destructionem indicat facies cæruleì coloris & oculi profundè introacti, per quos cum aspicit, non videt homines: sudor (alius liber habet lachrymæ,) adinstar aquæ prodit nec sistit, (alius liber ait, post unum aut alterum diem moritur.)

Si in ægroto destruitur & emoritur fel, septimo die moritur, hoc indicant supercilia in profundum dejecta, deorsum defluentia.

Si in ægroto nervi destruuntur, nonò die moritur; hoc indicat in manibus & pedum unguibus color plumbeus seu cæruleus, (liber alius habet post octo dies moritur.)

Si in ægroto cor destruitur, post unum diem moritur, hoc indicat, si brachia à tergo æger conversus oculis suis videat, (alius liber habet post duos dies moritur.)

Si in ægroto parva intestina destruuntur, sexto die moritur: indicant hoc capilli instar stuppæ siccæ erecti, nec facilè plicabiles & sudor ex se prodiens nec sistens.

Si in ægroto stomachus destruitur, post 12. dies moritur; indicat hoc

oris frigus, pedum tumor, inflatorum lumborum calor & fluxus alvi, non sentiente ægroto, sine modo.

Si venter destruitur, post quinque dies moritur, indicat acutus renum dolor & gravitas interior ac impotentia ad se inclinandum: (alius liber ait, post novem dies moritur.)

Si carnes destruuntur post sex dies moritur; indicant hoc aures arefactæ, lingua tumefacta, sanguinis debilitas, quem alvus egerit: (liber alius ait, si adsit tumor pedum, post novem dies moritur.)

Si in ægroto pulmones destruuntur, post dies tres moritur; indicat hoc apertio oris, & aëris exspiratio egrediens nec regrediens: (alius liber ait, nares & os habent brevem spiritum.)

Si magna intestina destruuntur, est morbus immedicabilis; indicatur hoc ex alvi continuo fluxu, qui cum primum finit, mors venit.

Si vesica destruitur, quarto die venit mors; indicant hoc dentes arefacti, facies nigrescens, oculi in medio flavi coloris, & renes quasi abrupti, sudor per se ipsum manans instar aquæ: (alius liber ait, post septem dies mors.)

Si ossa emoriantur post decem dies moritur; indicat hoc dentium flavus color, etsi omnes pulsus *feu* i. e. natantes non habeant radicem, in quocunque hoc reperitur, certò moritur.

CAPUT XIX.

Quomodo ex pulsibus varia symptomata & accidentia & morbi etiam colligi & etiam prædici possint.

IN qualibet manu tria loca pulsuum *Cum Quonn̄* & *Che* exploranda sunt, nam hæc indicant statum trium magnarum partium corporis, videlicet supremæ, mediæ & infimæ. Deinde necesse est singularis cujuslibet loci in superficie medio & profundo pulsum indagare: nam in his tribus punctis irrepentes pulsus indicant morborum locum, si videlicet extra vel in medio, vel adhuc interius morbi resideant h. e. si in pelle & carnibus vel in sanguine & nervis, vel in ossibus sedes illorum sit. Tum vero indicia, quæ in magna parte corporis sunt, secundum ordinem incipiendo scrutaberis, quod si omnia bene se habere & invicem sibi respondere adverteris, & pulsus neque magnos neque parvos, neque longos neque breves &c. videas; idque in omnibus locis totum hominem bene habere judicabis: sed solummodo in uno loco hoc

depre-

deprehenderis, illam tantum partem, quæ huic loco ſubjicitur, bonam habere conſtitutionem reſolves.

Adverte hîc per tranſennam, quod ubi ſermo eſt de pulſu chordæ tenſæ vel extenſæ ſimili, non agatur de intenſione, ut qualitas eſt, ſed de intenſione, ut quantitas eſt. Ut hoc intelligas & non turbetur conceptus, adverte quod ſicut tria loca pulſuum (ſeu dextræ ſeu ſiniſtræ) habent tres partes magnas corporis cœlum, homo, terra nuncupatas, in brachii extenſione per ſuum ordinem, & etiam membrorum vias per ordinem regunt, videlicet primus cor & pulmones, ſecundus ſtomachum & ventrem, tertius veſicam & hepar (& his annexa inteſtina,) ita in quolibet loco unico in profunditate h. e. de extra ad intra procedendo, videlicet à ſuperficie pellis ejuſdem loci deſcendas ad carnem ac nervos ejuſdem loci, & tandem ad oſſa intima; tres partes etiam ſupremam, mediam & infimam, cœlum, homo, terra vocatas, ſeu in punctis illis tribus ſimilitudinem eſſe locorum trium cordis & pulmonum, ſtomachi & ventris, hepatis & veſicæ, non quod ibi reperias in profundum pulſus cordis & pulmonum, in ſuperficie natantes, aut in medio reperias pulſus ſtomachi & ventris pulſus, ſed quod illa puncta profunditatis ejuſdem loci ſimilia ſunt locis, quæ ſunt in extenſione & membris, quæ in his locis pulſus habent. Præterea in quolibet puncto in profunditate aſſignato & pulſu illius, indicia hîc annotata examinabis v. g. in loco primo *Cun* primum punctum habet *ſeu* pulſum cœlum dictum, indicium illius eſt locus cornuum in capite, & ſic de reliquis.

Locorum trium, in quæ pulſus irrepunt affectiones, eorumque indicia.

PRimus pulſus *Cun Keu* ſupremam partem regens, ſi habet pulſum *hié* i. e. crebrò - acutum, indicat morbum *Cye Ki.* Si pulſus ibi apparet *ki en kie* i. e. trahentis quaſi & alligati; *hie* i. e. crebro-acutus indicat morbum dictum eſſe in ureteribus. Si in dicto loco primo pulſus *vi ſi nie* i. e. parvus, ſubtilis, debilis ac mollis appareat, indicat ſomni moleſtiam, præterea capitis dolorem, tuſſim & aërem contrariari ſuperiorem inferiori, cor & pectus abundare calore, os ſiccari & ſitire, & morbum à loco *Cun Keu* progredi ſurſum. Si in loco *Cun Keu* ſit pulſus *Kin hien* ſicut eſt chorda clavicymbali, indicat affligi lumbos & menſtrua in mulieribus non fieri, in narium foraminibus produci puſtulas, in viris dextrum & ſiniſtrum latus habere variolas ſeu varices. Si idem locus non pervaditur à pulſibus, indicat affligi lumbos & nervos dolere; inteſtina murmur edere; ſi idem locus habet pulſum *Kiu vié* i. e. vacuum

cuum & debilem, indicat lædi ſpiritus, & illorum inſufficientiam; ſi pulſus appareant magni ad inſtar perſicorum malorum, indicant moleſtiam morbi *pí* in pedibus; ſi pulſus ibidem ſit ſolidus & vacuitas illi adjuncta, aut ſi ſit *feú kiu* i. e. natans & vacuus, indicat alvi fluxum.

Quoañ locus medius ſeu ſecundus ſi habeat pulſum *Kié* i. e. alligatum ſeu interruptum, indicat in medio ventriculi eſſe morbum *Cye cin*, qui ſi ſedem habeat in ureteribus, utrumque latus calet vehementer; ſi idem locus habeat natantem, magnum, indicat ventum à ventre flare & venire ad inteſtina, quam ob cauſam ex ſiccitate cor ſubſultat, in ventre frigus dolorem, moleſtiam & faſtidium ciborum affert: quod ſi comederis, cor dolet, ventris ilia replentur, in pectoris parte ſuperiori ſpiritus aggregantur, nervi inferius calent, frigus permixtum calore cauſat humidum roris inſtar; pulſus transverſum prodeunt & laterum ſpiritus in ureteribus indicant; morbus dextram adurit manum, qui ſi pervadit *Quoañ* i. e. medium locum, ingreditur in meditullium primi loci *Cum Keu*; pectus in medio non penetratur, & vox à gutture difficulter prodit.

Che hia tertius locus ſi habeat pulſus natantes valdè magnos, indicat ventris calorem cum vento æqualiter unitum, unde ſubinde dolor ad caput ſubit & ad renum partes poſteriores; ſi ibidem ſit pulſus parvus acuto-creber, indicat pedes calore repleri & affligi à contrario loco dicto *Cañ cin* quæ afflictio procedit ad guttur, eſt inſtar carnis putridæ lædentis ſtomachum, morbus reſidet in parvo ventriculo & infra genua, omnium oſſium juncturas inferius frigefacit. Si ibidem appareant pulſus *Kié hieñ* i. e. celeres & inſtar chordæ extenſæ, indicat nervos arctè pedibus alligatos, & quatuor partes, pedes ſcilicet & manus gravedine laborant. A loco *Chē* malum ingreditur *yâm min* magnorum inteſtinorum, eſt frigido-calidum: magni venti malignitas ingreditur viam *Xáo in* à corde: unde in mulieribus fluxus albo-ruber & in viis urina ſanguinolenta. Nam *yñ* i. e. humidi radicalis *gueñ* morbus, qui auffert ambulandi facultatem, ingrediens lumbos, exoritur *Kipé*, nobiliſſimus Medicus ſic ait: novem locorum indicia & pulſus ſi ſint profundo-ſubtiles & interrumpantur, cum pertineant ad *yñ* i. e. humidum radicale & dominentur hyemi, mortem prænuntiant mediâ nocte, ſi ſint ſolidi, pleni, adurentes, celeres & ſingultientes, pertinent ad *yam* i. e. calorem primigenium, dominantur æſtati, atque ideò medio die mortem prænuntiant; ſi in morbo frigido-calido, manè mortem; ſi in tempeſtate æſtuoſa & morbo calido, per diem mortem; ſi in morbo venti, veſperi mortem; ſi in morbo ab aqua, mediâ nocte mortem; illi pulſus ſi modo frequentes percipiantur, modo remiſſi, modo tardi, modo celeres, cum Lunæ quæ tum fuerit, tempus, quod quintæ tempeſtatis dici-

dicitur, advenerit mortem nuntiant; si pulsus sint pleni, solidi & subtiles, indicant spiritus non sufficere ad spirationem, ideoque mortem; si pulsus sint grossi & magni, pectus plurimis spiritibus oppletum, & ideo mortem; nam si illi iidem spiritus inter se sint benè colligati, vitam; si in morbo in tribus locis seu potius novem sibi ipsi non respondent, mortem; sursum deorsum dextræ & sinistræ pulsus sibi respondentes instar trium temporum veris, morbum difficilem; sursum deorsum dextram & sinistram discrepantes & non observantes numerum pulsuum, mortem.

Medius locus *Quoañ* si recte habeat ipse, sed cum aliis locis membrorum valde discrepet, mortem: si loci *Quoañ* indicia mutuò deficiant, mortem; oculi intra cadentes, mortem. *Hań ti* simpliciter ait: Pulsus *tai kuo* i. e. excedentes, ut *pu kié* i. e. deficientes sunt loci *Cuḿ Keú*, qui si in medio manus sunt breves, indicant dolorem capitis; si longi, surarum in pedibus dolorem; si in medio manus sursum versi sunt & deficientes, indicant in humeris scapularum dolorem. In loco *Cuḿ Keú* pulsus natans & solidus indicat morbum esse extra; profundus & durus, esse morbum in medio; profundus & debilis indicat frigus & ventriculi dolorem, capillorum defluxum; profundus & intensus, afflictiones cordis, inferius esse frigus, interdum dolorem & morbum *oie cum*; profundus tantum in pectoris medio breves spiritus; profundus & singultiens indicat frigus & calorem; plenus tantum indicat cordis defatigationem, intensus aut natans, supra umbilicum esse frigus indicat, & pulmones inferius habere spiritus aqueos; intensus & longus, qui transeat locum *Cuḿ Keú*, indicat morbum invaluisse; intensus supra locum *Cuḿ Keu* indicat intra ventum, & locum *fum teu* seu verticem capitis dolere, & etiam illum dolorem oriri ex malignâ; extensæ chordæ similis si superat *Cuḿ Keu* locum, indicat cibum indigestum descendere, & capitis dolorem; si pulsus excedentes transeant locum *Cuḿ Keu*, & ingrediantur locum *ju ci* excrementorum superesse reliquias; pulsus egredientes *ju ci* indicant spirationem singultientem; in loco *Cum Keu* pulsus similes jusculo natantis pinguedinis, indicant caloris primigenii spiritus tenues, & si illi pulsus sint colligati instar telæ araneæ, indicant humidi radicalis spiritus debiles; si in loco *Cum Keu* pulsuum extremitates videantur ruptæ, indicant brachiorum extrema in manibus illius hominis quasi rupta, quæ nequeunt ulla arte curari.

In loco medio *Quoañ* pulsus parvinatantes indicant morbi *Cié* calorem esse intra ventriculum, vomitum vermium, cordis destructionem; ibidem pulsus crebrò-acuti & parvi vel magni inæqualiter, indicant morbum, qui ad extra tentat egredi & non egreditur, unum alterumve post diem moritur, qui illum habet, multum appetit bibere, sed cum bibit fluxum habet; si fluxus cessat vivit; si continuat, moritur. Ibidem pulsus intensus & crebrò-acutus

indicat vermium motum; ibidem raro-obtusus & durus ac magnus atque etiam plenus, & si examinetur non deficiens, indicat vires robustas esse in medio magnâ corporis parte, ibidem pulsus plenus & cadens ac ligatus indicat stomachi & pulmonum pulsus oppletos; & si sit plenus & calidus, indicat idem esse in medio ventris; in eodem loco pulsus interdum veniens, interdum recedens, jam magnus, jam parvus, jam remissus jam frequens, in ventre calorem & frigus indicat, non appetit bibere, nec comedere, verum est morbus frigido-calidus.

Tertius locus *Chě* si habeat pulsum natantem, indicat *yam* calorem primigenium hospitari in summa parte corporis; si subtilis parvus fluxum frigidi alvi; si ibi appareat pulsus debilis, indicat locum *Cum Keu* violentiam afferre ventriculi viis & harum pulsus cædere; si vacui & parvi, indicant surarum & ex morbo, qui impedit ambulare pedes, dolorem; si raro-obtusi, indicant sanguinis fluxum & alvi, multum sudorem; si crebro-acuti & celeres, indicant sanguinis exinanitionem. Si in loco dicto tertio *Chě* appareant pulsus profundi & crebro-acuti, indicant albos vermes articuli digitalis; si subtiles & celerrimi, indicant nervos mutari & morbum pedum, qui non sinit ambulare; si rari & ordinariè calidi, indicant calorem intra renes & lumborum dolorem, urinam rubro-calidam: si circumeant crebro-acuti & celeres, indicant faciem rubentem aceti instar & extra calorem, qui facit morbum. Et hæc quidem breviter de affectionibus, quæ ex pulsibus in locis tribus apparentibus colligi possunt & prædici. Nunc ex ipsis pulsibus & natura illorum, quæ Symptomata & accidentia colligantur, declarandum est.

Examen pulsuum, ex quibus affectiones colligi ac prædici possunt.

PUlsus *hié* i. e. crebrò-acutus indicat plenitudinem, indicat descensum, indicat *yam kí* i. e. caloris primigenii spirituum debilitatem; si simul sit frequens, indicat vacuum, indicat calorem; si simul sit natans, indicat ventum, indicat vacui motum, dolorem, metum.

Pulsus *Chin* i. e. profundus indicat aquam, indicat plenitudinem, etiam morbum animi; si simul sit debilis, indicat vacuum & metum.

Pulsus *Chi* i. e. tardus indicat frigus; si simul sit raro-obtusus indicat parum esse de sanguine, si sit simul remissus, indicat vacuum; si sit simul exundans indicat spiritus & calorem; si simul sit intensus indicat frigus; si chordæ sit extensæ similis & frequens, indicat morbum *nyo* frigido-calidum. Morbi frigido-calidi pulsus ex se chordæ extensæ similis si sit frequens, indicat mul-

multum calorem; si simul sit tardus multum frigus; si simul sit parvus vacuum; si simul sit pulsus, qui subsistit ac dispergitur, mortem; pulsus extensæ chordæ similis dolorem in morbo *pí* qui pedes impedit, indicat venti morbum; si ad extremitates videatur pulsus extensæ chordæ, indicat voluntatem bibendi; si dupliciter hic pulsus chordæ extensæ, indicat laterum motum & dolorem; si idem sit rarus, indicat malum frigus.

Pulsus *tá* i. e. magnus, indicat frigus & calorem esse in medio.

Pulsus *fò* i. e. cadens, indicat turbationem tempore somni; pulsus solido-plenus indicat auferri sanguinem.

Pulsus *hién* intensus indicat deperdi sudorem, intra pulmones frigus, potationem aquæ frigidæ, tussim, fluxum, alvi frigidum vacuum intra ventrem.

Pulsus natans & magnus indicat ventum intra capitis gravedinem, narium oppletionem.

Pulsus natans & remissus pellis & carnium duritiem & *fum hoan* ventum frigidum ingressum in carnes. Crebro-acutus & natans pulsus qui dispergitur, statim indicat molestiam ex remisso vento.

Pulsus acutus multum, animi morbum.

Pulsus *Cé* i. e raro-obtusus & intensus morbum *pí* qui impedit ambulare.

Pulsus natans, exundans & longus *pé* i. e. morbum amentiæ.

Pulsus magnus, durus & celer item morbum amentiæ.

Pulsus chordæ extensæ similis sed obliquus indicat laterum dolorem, sicut fit, cum cultro pellis abstrahitur, est infra *fí* vermis, morbus iste magnum laborem adfert, sed non mortem.

Pulsus intensus & celerrimus indicat circumagitationem.

Pulsus exundans magnus indicat malignæ febris caloris morbum.

Pulsus natans crebro-acutus & celerrimus indicat cibos non digeri, & à stomacho cibos non malæ adinstar conteri.

Pulsus brevis & celerrimus atque crebro-acutus indicat lædere potum.

Pulsus tardus & raro-obtusus indicat intrasse frigus & morbum *Cuon Kie.*

Pulsus extensæ chordæ & celerrimus indicat parvi ventriculi dolorem & stomachi morbum.

Pulsus chordæ extensæ similis parvus frigoris dispersionem.

Pulsus profundus & chordæ extensæ ob potum intra dolorem.

Pulsus chordæ extensæ & frequens indicat frigidam potionem, in hyeme & æstate difficulter curatur.

Pulsus intensus & crebrò-acutus indicat vomitus contrarietatem.

Pulſus parvus debilis & raro-obtuſus contrariatur ventri.

Pulſus tardus & remiſſus indicat frigus, parvus intenſus item frigus.

Profundus & tardus ventriculum habere frigidum morbum; parvus & debilis habere frigus & paucos ſpiritus.

Plenus & intenſus indicat intra ventrem eſſe frigus, & ſi non poſſis commedere ac interdum habeas fluxum vel vomitum, difficilis remedii eſt morbus.

Pulſus crebro-acutus frequens indicat intra cor aggregati caloris abundantiam.

Pulſus crebro-acutus, celer, indicat in ventre frigus; remiſſus & crebro-acutus indicat interius eſſe calorem.

Pulſus natans (alius liber legit etiam profundus,) ſi ſit celer, indicat morbum malignæ febris.

Natans & interrumpens, indicat ſpiritus aëreos; rediens magnus & crebro-acutus indicat infra breves eſſe ſpiritus.

Natans brevis indicat lædi pulmones & omnes ſpiritus eſſe exiguos, nam finitur annus & moritur.

Natans & frequens indicat intra aquam, in hyeme per ſe ſanatur.

Brevis & frequens indicat cordis dolorem & moleſtiam.

Chordæ extenſæ ſimilis & intenſus, indicat laterum dolorem & morbum ex aggregatione ſanguinis, quem frigus lædit.

Profundus & creber indicat deſcendere ſanguinem & ſcapulas dolere.

Pulſus adveniens ſubtilis & creber- & ſi pertentas illum vacuus, quia celeriter innititur & recedit, indicat aliquem ex alto deorſum cecidiſſe, morbus eſt interius.

Pulſus parvus natans & in autumno *kie* alligatus, indicat hyeme morbum.

Pulſus parvus natans licet ſit multus, non cauſat morbum, ideò non ſit ſollicitus.

Natans crebro-acutus, celer, intenſus plurimis morbis conjungitur ſi ſint diuturni, facilis ſunt curationis.

Natans & exundans caloris primigenii malignitatem advenire indicat; profundus autem & ſubtilis humidi radicalis malignitatem.

Durus & plenus eſt ex potu aquæ & ex granorum orizæ, tritici &c. alimento.

Pulſus advenientes modò magni, modo parvi, modo longi, modo breves indicant radicatum eſſe malum.

Pulſus dupliciter profundi indicant pedes & manus eſſe duras & graveſcere.

Intenſi

Intensi & frequentes indicant frigus & calorem simul exorta; si descendant, mederi poteris.

Pulsibus chordæ extensæ & tardis adhibe tepidam Medicinam.

Si extensæ chordæ pulsus sint similes & frequentes, procura sudorem.

Examen Pulsuum, qui in tribus locis iisdem reperiuntur.

IN tribus locis pulsus iidem temperati indicant vitæ bonam constitutionem.

In iisdem pulsus defectuosi & inæquales mortem indicant.

In tribus locis pulsus vacuus, si ille homo morbum habet diuturnum, moritur; si appareat vacuus & rarò-obtusus & morbus sit diuturnus, moritur.

Si sit vacuus & creber, etiam moritur; si vacuus & remissus, etiam moritur.

Si sit vacuus & chordæ similis extensæ & celer, indicat amentiæ morbum & mortem simul.

In tribus locis simul pulsus solidus, plenus & magnus, & morbus sit diuturnus, mortem; si solidus sit & crebro-acutus & morbus diuturnus, vitam; si pulsus sit solidus & remissus, vitam; si pleno-solidus & intensus, vitam, si sit plenus intensus & celer amentiæ morbum, qui potest curari.

In tribus locis pulsus valdè violentus, qui dicitur malignus, indicat ægrotum statim mori.

In tribus locis pulsus subtilis & mollis, si hic sit in morbo diuturno, vitam; si subtilis & frequens etiam vitam; si parvus & intensus mortem.

In tribus locis pulsus magnus & frequens in morbo diuturno mortem; pulsus parvus & cadens in morbo diuturno mortem.

In tribus locis pulsus mollis (alius liber habet debilis & mollis:) in morbo diuturno curari nequit, sed ex se sanatur; si curare tentas, moritur.

In tribus locis pulsus natans & *Kié* alligatus seu ruptus in diuturno morbo mortem; natans & crebro-acutus in morbo diuturno mortem: natans & frequens in morbo diuturno vitam.

In tribus locis pulsus *Keu* seu in medio ruptus in morbo diuturno vitam; chordæ extensæ similis & frequens in diuturno morbo vitam; purus & frequens argenti instar indicat vermium venenosorum morbum & mortem; si sit frequens ac mollis venenosorum vermium morbum & vitam.

In tribus locis pulsus jusculi, ubi pinguedo bullit & natat, in diuturno morbo mortem; sed si morbus finitur vitam.

In tribus locis pulsus continuatus instar staminis araneæ in morbo longo mortem, & si morbus prius finiat, vitam.

In tribus locis pulsus sicut arcus valde extensus, si sit solus in tribus locis in morbo diuturno, mortem; similis funiculo seu coronæ unionum in morbo diuturno, mortem.

In tribus locis pulsus similis aquæ quiescentis & postea decurrentis in diuturno morbo non medearis, quia per se curatur; & si Medicinam contrariam adhibes, mors accidit vigesimo die; similis stillicidiis domus in diuturno morbo post decem dies (Medicus *Sien Kina* ait: post quatuordecim dies) mors venit.

Pulsus per tria loca similis ictibus, quos excitant aves cum carpunt grana, in diuturno morbo post septem dies mortem; similis aquæ ferventi in lebete, si hunc manè adverteris, mortem vesperi adfuturam prænuntia. Si mediâ nocte, medio die moriturum, & si medio die, mediâ nocte moriturum crede.

In omnibus morbis pulsus vitæ & mortis.

IN morbo *yâm tó* in quo calor primigenius habet malignitatem, omnia turbata in corpore sunt, tristitia dominatur, verba delirii & fluxus; morbus hic species malignæ febris.

In morbo *yñ tó*, in quo humidi radicalis malignitas est, corpus totum gravescit, humeri violenter deprimuntur, carnes frigescunt & ventriculus etiam dominatur; morbus hic est altera species malignæ febris.

In morbo *xam ham* malignæ febris *ge pin* morbo calido (quæ est tertia species malignæ febris,) si pulsus apparet *fum ta* i. e. exundans, magnus vitam; si *chiñ cî* i. e. profundus & subtilis mortem.

In morbo *teu tum*, qui nomen habet à capitis dolore, si pulsus sit *feu hié* i. e. natans & crebro-acutus, vitam; si *tuoñ cí* i. e. brevis & rarò-obtusus, mortem.

In morbo *fé chañ* i. e. ventriculi, iliorum, viscerum, si pulsus appareat *feú ta* i. e. natans magnus, vitam; si *kiu siaò* i. e. vacuus, parvus, mortem.

In loco *hia le* i. e. fluxus alvi si pulsus sit *vi siao'* i. e. exilis & parvus, vitam; si *feu kum* i. e. natans & exundans, mortem.

In morbo *tieñ vañ* i. e. amentiæ & delirii, si pulsus sit *xe ta* i. e. plenus & magnus, vitam, si autem sit *Chin* profundus & subtilis, mortem.

In morbo *siao' ko* i. e. maximæ sitis & ariditatis, si pulsus sit *sú tá* i. e. frequens & magnus, vitam; si autem *si, ıu siao'* i. e. vacuus parvus, mortem.

CAPUT

CAPUT XX.

Quomodo ex coloribus, sonis, appetitu, somniis, morbi in membris & intestinis exorti, aut etiam mortis periculum, etiam pulsu non explorato indagari & prædici possunt?

ADverte primò, Organa sensuum, aures videlicet duas, oculos duos, os aut linguam atque duos nares, quæ sunt instar septem fenestrarum pertinere ad *yâm seu* calorem primigenium; at verò vasa excernendi sordes & urinam ad *yn̄* humidum radicale. Pulmones ac eorum via pertingunt ad nares & statum etiam illius indicant, percipiuntque odores & fœtores. Hepatis via & spiritus pertingunt ad oculos & discernunt colores; stomachi viæ spiritus pertingunt ad os & per illud alimenta recipit stomachus & sapores. Cordis via pertingit ad linguam, per quam discernit quinque sapores Vesicæ via & spiritus pertingunt ad aures & per illos quinque voces seu sonos percipiunt. Si autem quinque membra sunt male disposita, aut impediti, etiam isti sensus impediuntur, quia videlicet replentur eorum meatus, ac proinde nares non olfaciunt, oculi non discernunt colores, aures non perficiunt quinque sonorum genera, os non percipit elementorum spiritus, nec lingua sapores. Idque ex eo fit, quod intestinorum calor primigenius non colligat spiritus suos cum illis, unde tam ad intra quam ad extra operationes suas non exercent: sic enim spiritus cum sint multi, diffluunt, & vitium est in humido radicali, quod reconditur in membris, ex quo sanguis infectus etiam diffluit, unde fit, ut spiritus cum illo non concordent; quare solidi efficiuntur pulsus humidi radicalis, & in loco suo consistere non valentes petunt calorem primigenium, quem cum pervadere nequeant, ipsi etiam impediti pervadere cursum non valent, & quamvis & humidi radicalis & caloris primigenii sint spiritus multi, non tamen unum intra aliud est, sed unumquodque separatum, & ideò fluxus continuus & simultaneus spirituum non decurrit; ac proinde infecta illo vitio membra destrui necesse est, & cum illorum destructione vitam finiri. Nam viæ triplicis humidi radicalis à membris sunt, & viæ triplicis caloris primigenii ab intestinis, quæ, si ambo benè cohæreant, sanguinem & spiritus simul moveri circulariter & continuare cursum, & vitam resultare necesse est: si contra fiat contrarium evenit,

Ad-

Adverte 2. quod hepar & via illius dominatur quinque coloribus, cum enim subjiciatur elemento arborum & veri, vernum autem tempus colores omnes in floribus, arborum foliis, ac fructibus explicet, ideo colores pertinere ad hepar ajunt.

Cordi dominatur ignis ac æstas, & ea propter rerum qualitatibus adustis, ideo quoque cor dominari saporibus ustibilium volunt. Porro stomachum quinque saporibus, quod videlicet terræ subditus sit, & quintæ tempestati annuæ; ex terra enim omnia, quæ nascuntur, sapores accipiunt. Pulmones etiam dominari sonis ac vocibus affirmant, quia nimirum pulmo per illos creditur subjectus esse elemento metalli atque autumno, in quo vigent, ideò sonora ad pulmones pertinent. Denique vesica dominatur liquoribus quæ est subdita aquæ & igni, in qua humores apparent resoluti, ac proinde pulmonum ordinarie statum nares annuntiant. Verum cum ad hos pertinere supra diximus sonos, quod sint metallicæ naturæ, potius videntur pertinere aures ad illos, qui sonos percipiunt, quam nares, qui odores discernunt. Similiter diximus vesicæ statum indicare aures & vesicam dominari aquæ & liquoribus. Utriusque ratio quæri possit, & respondetur: pulmones metallici autumnales ad occidentem pertinent, ubi etiam metallorum elementum Sinæ collocant, quia recipiunt qualitatem aëream, & cum ad austrum vicinum hoc idem elementum vergat, ubi ignis dominatur; ideo participant pulmones cordis igneam qualitatem & consequitur adustionem; mixtum verò ex humido aëreo & ustibili igneo gignit odores, qui ob dictam rationem ad metallicos pulmones pertineant, nares odores, discernentes pulmoni sunt attributæ, quorum & statum manifestant. Iidem autem pulmones dominantur quoque sonis qui aereæ levitati attribuuntur, quam metalla habent, ut apparet in sonorum multa diversitate. Porro vesica aquæ subdita & boreæ, ad quæ à Sinis constituitur, liquoribus dominari dicitur, & cum ad occidentem vicinum metalla resideant, quæ dominantur pulmoni & sonis, participant ideò qualitatem sonorum aëream, atque etiam ob perspicuum, quod aquæ habet, unde aures sonora percipientes vesicæ tributæ sunt cujus statum explicant.

Textus libri inquiunt. Qui videt colorem ægroti, & pulsus illi contrarius vincens appareat, mortem indicat; si autem pulsus sit ille, qui mutuo generetur, morbum qui curari potest.

Comment. Si color, quem vides, pulsui non respondet, v. g. si hepatis viæ calorem cæruleum in facie videas, & pulsum in loco illius contrarium *feú cu tum* i. e. natantem, rarum & brevem, clarè colligitur à pulmonum metallicorum viis vinci hepar aëreum, & esse vitium latrocinii, ideoque necesse est, ægrum mori: si vero in loco viæ hepatis subintret pulsus *Siú Kié* i. e. profundus,

dus, creber, qui est à via vesicæ aqueæ, cum aqua generet arbores & vesica hepar, ac ideò pulsus illi se producant, morbus exortus curabilis facile est.

Textus. Sed quare cum pulsibus colores debent congruere? quia nimirum quinque membra habent quinque colores, unde advertas oportet ad faciei colorem, si videlicet pulsus in locis *Chun* & *Chĕ* i. e. primo & tertio respondeant v. g. color *Cum* cæruleus, pulsum sibi respondentem habet hepatis *hien* i. e. chordæ extensæ similem. Color *Xe* i. e. rubeus respondentem sibi pulsum habet *feu ta san* i. e. magnum natantem & qui dispergitur; cordis color *hoan* i. e. flavus respondentem habet pulsum *huon ta* i. e. remissum magnum. Stomachi color *pé* i. e. albus pulsum habet *feu ci tuon* i. e. natantem, brevem, rarum. Pulmonum color *hé* i. e. niger respondentem pulsum habet *Chin vun hie* profundum, debilem, mollem, crebrum. Isti sunt pusus coloribus quinque respondentes.

Comment. Quinque membra quinque colores habent, hepar cæruleum, cor rubrum, stomachus flavum, pulmones album, nigrum vesica, ac proinde si aliquem colorem videas in facie, videre debes an in tribus locis manus *Cun Quoan*, *Chĕ* pulsus illis respondeant, v. g. si in facie sit cæruleus hepatis color, si ejusdem hepatis pulsus respondeat *hien hé* i. e. chordæ extensæ similis, celer, est illi debitus, & sic de reliquis.

Adverte similiter, si in *Chĕ* i. e. tertio loco manus pulsus sunt *hu* i. e. frequentes, necesse est, in ejusdem loci superficie, videlicet pelle & carnibus, esse eosdem pulsus frequentes, & si celeres vel remissi vel crebri &c. appareant, ejusmodi quoque in pelle ac superficie loci tertii *Chĕ* apparere debent.

Comment. Frequens pulsus est cordis, celer hepatis, remissus stomachi, creber vesicæ. Quare si v. g. frequentem cordis in carnis & pellis superficie reperias, plane eo modo, sicut intra seu in profundo, (intelligitur hoc de uno eodemque loco, in quo exploras pulsum,) quia illi sibi mutuo respondent in illo dicto pulsu, bene se habere illud, quod pulsus indicat, resolves. At si pulsus v. g. creber sit in superficie pellis & carnium, in profundo verò seu intra contrarium habeat, manifestum est pellem & carnes cum interioribus ejusdem loci & profundo discrepare, ideò morbum indicant, & hoc de omnibus pulsibus, qui in uno eodemque loco explorantur, intellige.

Textus. Quinque membra habent quinque, sonos, colores, odores, sapores, liquores, & hæc omnia oportet habere, cum apparent, pulsus respondentes in tribus locis *Cun*, *Quoan*, *Chĕ*, si enim discrepare advertas, morbum colliges.

Comment. Hepatis pulsus *hien* i. e. chordæ extensæ similis connaturalis habet colorem cæruleum, sonum hominis gementis, odorem carnis, sapo-

sem acidum. Cordis pulsus *Kuń* i. e. exundans habet colorem rubeum, sonum ridentis, odorem rei adustæ, saporem amarum. Stomachus habet pulsum *Suoń* i. e. remissum, colorem flavum, sonum cantantis, odorem suavem, saporem dulcem. Pulmo habet pulsum *ci* i. e. rarum, colorem album, sonum flentis, odorem putridi, saporem adurentis rei seu mordentis. Vesica habet pulsum *Chiń* i. e. profundum, colorem nigrum, sonum singultientis, odorem carnis fœtentis, saporem salis.

Ista sibi invicem respondent & congruunt v. g. in morbo hepatis color apparet albus, æger multum flet, gaudet odore carnis putridæ & sapore rei adurentis. Ista invicem discrepant & invasum esse hepar à pulmonibus indicant, & vinci arbores à metallis; nam pulsus pulmonum in locum hepatis subintravit. Item si remissus pulsus subintret in locum hepatis, & colorem, sonum, saporem &c. stomachi extra reperias, dices arbores à terra opprimi & morbum esse *vi sié* i. e. exiguitatis intelliges, & sic de reliquis.

Quicunque igitur locorum *Cum* & *Chē* i. e. primi & tertii intra pulsus respondentes, & præterea, quomodo se mutuo vincant vel producant præterea quinque membrorum colores, sonos, odores, sapores & eorum morbos atque affectiones noverit, ipse dicitur à Medicis Sinensibus scire *Xam Kum*, *Chî hien huń*; novit mederi morborum novem partes ex decem partibus. Qui solum novit quinque membrorum colores, sonos, odores, sapores & trium locorum *Cuń Quoań Chē* pulsus sibi respondentes, & cognoscat, quomodo se vincant & generent, ille scit *Chum, cum, xe, cum pa* i. e. medium opus, quod est mederi ex decem partibus octo. Qui verò scit quinque membrorum solum colores &c. & non amplius, ille novit *hia, kún, xe, cuen, lo* i. e. infimum opus, mederi morbis ex decem partibus in sex.

Quodlibet membrum habet duo vincentia contraria, duoque producit pulsus in tertio loco *Chē* v. g. idem debet esse in pelle & carne interiore & respondere sonis, coloribus odoribus, saporibus ejusdem membri, cujus sunt pulsus. Alias si discrepant, non se producunt sed vincunt vel inter se pugnant. Adverte nos docuisse supra, quare hepar dominetur coloribus, vesica liquoribus &c. item docuisse, quomodo hepar productor colorum per viam suam ingrediens in alia membra colores ad ea spectantes producit: & similiter vesica, effectrix liquorum, per viam suam ingrediens in alia membra producit pertinentes ad illa liquores, & sic de sonis, odoribus &c.

Superest breviter dare rationem, quare videlicet talem colorem in tali membro, vel talem liquorem, saporem &c. in tali vel tali membro? & quidem de coloribus rationem dant, quia singula membra subsunt quinque elementis & singulis anni tempestatibus, in quibus colores hujusmodi apparent quales mem-

membris aſſignant; ut in vere cæruleus, quem hepati attribuunt; in æſtate rubeus ob ignem, quem cordi tribuunt, & ſic de reliquis.

Rurſum diverſitas ſonorum in fiſtulis videlicet eſt, quæ in illis ex majori vel minori plenitudine, & majori vel minori vacuitate oritur, ac proinde cum ſpiritus viæ pulmonis, quibus dominantur, afficiant membra diverſimodè, quarum aliqua magis, aliqua minus plena, ex eo ſonorum differentiam in ſingulis membris à pulmonis via effici ajunt. Idem proportionaliter dic de odoribus, ſaporibus & liquoribus, prout à ſuis membris, unde efficiuntur, de humido vel aqueo, aëreo ac terreo, alia membra plus participant.

Dico 1. ex auditu quinque ſonorum, quibus gaudet æger, intelligere poteris morborum qualitatem, qui exoriuntur in quinque membris; hepar enim habet vocem *hû* i. e. gementis; cor ridentis; ſtomachus cantantis; pulmo flentis; veſica ſingultientis. Igitur ſi advertis in ægroto, quod flere gaudeat, collige illius morbum eſſe in pulmonibus, ſi cantare gaudeat, in ſtomacho, & ſic de cæteris. Hinc fit etiam, ut non explorato pulſu morbum dignoſcas.

Dico 2. ex ſaporibus quinque benè cognoſces morbos quinque membrorum abſque pulſus notitia. Hepati attribuitur *ſuon* i. e. ſapor acidus; pulmonibus *ſiñ* i. e. adurentis; cordi *kû* i. e. amarus; ſtomacho *kañ* i. e. dulcis, veſicæ *ieñ* i. e. ſalſus ſeu ſalis. Quare ſi gaudeat æger iis, quæ urent & mordent, ex. gr. pipere, colligitur morbum eſſe in pulmonibus, & ſic de reliquis. Item ſi vides ægrum gaudere frigidis cibis, ſignum eſt, habere calidum morbum, & contra.

Dico 3. ex liquoribus quinque membrorum quinque etiam colliges morbos; ad cor ſudor ſpectat, ad hepar lachrymæ, ad veſicam urina, ad ſtomachum ſaliva oris, ad pulmones mucus narium. Quare ſi exceſſus ſit v. g. lachrymarum, morbum colliges eſſe in hepate; ſi ſudor nimius, colliges eſſe in corde & ſic de reliquis.

Dico 4. ex ſomniis quoque colligi poſſunt morborum loca & cauſæ: ſi enim *yam̂ ti* i. e. caloris primigenii ſint ſpiritus ſolidi, ſomnium venit ignis magni: *Si yñ kí* i. e. humidi radicalis ſpiritus ſint ſolidi, ſomnium venit magnæ aquæ: ſi utriuſque tam caloris quam humidi ſpiritus ſint pleni ſolidi, ſomnium venit bellorum, militum, præliorum & armorum &c. ſi inferior pars ſit vacua, ſomnium eſt de volatu, avibus &c. ſi ſuprema ſint vacua, ſomnium eſt de caſu, & deſcenſu ab alto. Si hepar habet plenos ſpiritus, ſomniat res ad iram provocantes: Si cordis ſint pleni & ſolidi ſpiritus, ſomniat læta: Si pulmonis ſint ſolidi & pleni ſpiritus, ſomniat odorifera. Si ventris ſpiritus hujusmodi ſunt, triſtia & flebilia ſomniat. Rurſus ſi hepatis pulſus ſunt vacui, ſomniat herbas ſubtiles; ſi autem ſolidi ſint, ſomniat montes & ſylvas. Si cordis

g 2

dis pulſus ſunt vacui, flammam ignis; ſi ſolidi, timenda. Si veſicæ pulſus ſunt ſolidi, ſomniat renes gravari; ſi vacui, transvadare aquas. Si ſtomachi pulſus ſint ſolidi ſomniat cantare & lætari; ſi vacui, rixari ob cibos. Si pulmonum ſint ſolidi, arma & bella; ſi vacui, ſtagna & lacus.

Dico 5. ex quinque coloribus poſſe quinque membrorum ſciri morbos, imò & mortem. Si videas v. g. colorem cæruleum in facie & pulſum hepatis, illud ipſum membrum ægrotare colliges; ſed ſi ægrotet in hepate quispiam & habeat faciem rubicundam, ſignum eſt, à corde opprimi hepar & morbo aſſici; ſi albedo ſit in ore & naribus, ſcito à pulmonibus opprimi hepar h. e. arbores à metallis, unde mors imminet.

Facies flava, oculi rubri; item flava facies, oculi albi, item oculi nigri non indicant mortem, ſed pulſus extravagantes. Si in omnibus iſtis coloribus advertis aliquid eſſe de flavo, cum hic color ſpectet ad ſtomachum, indicat adhuc adeſſe pulſus ventris & ſtomachi, unde colliges abeſſe mortem, verum ſi abſit omnino color flavus & alii appareant, mortem ſcito advenire cum aliis coloribus prænuntiam.

Facies cærulea, oculi rubri, vel albi, vel nigri; facies nigra, oculi albi; facies rubra, oculi cærulei mortem nuntiant, quia carent ſpiritibus ventris h. e. colore flavo: attamen ſi oculos ingreditur color flavus, poſt annum moritur, ſi color niger ex ſupercilio pervadat & circumeat oculos, poſt ſeptem dies moritur.

Si cæruleus, inſtar acus, tranſverſus infra oculos apparet, mortem minatur.

Si infra oculos videas quinque colores, morbos in nervis, & mortem indicant; ſi cæruleus transverſus infra oculos ac etiam eodem colore inficiat aures, & nares, mortem.

Neceſſe eſt, ut in oculo diſtinguas ea quæ ſunt; nam ſic reperies ea, quæ quinque membris reſpondent. *Tum gin* i. e. pupilla veſicæ ſubdita eſt, & arculus lignei coloris ei reſpondet. Nigreſcens perſpicuum ſubjicitur hepati, & illi reſpondet *fum lum* i. e. circulus venti. Palpebra ſuperior & inferior ſubjicitur ſtomacho, & illi reponđet circulus carneus. Oculi albumen ſubjicitur pulmonibus, & illi reſpondet ſpirituum circulus. Hinc & inde in oculis rubor ſubjicitur cordi, & ei reſpondet circulus ſanguinis; hinc & inde color flavus ſi adſit quia ignis generat terram, indicat à ſtomacho vitiari cor. Si palpebræ concidant ad intra ſeu magis ſe recolligant, ſcito quinque membra deſtrui & hominem mori. *Só ven* auctor ait: Oculi intra demerſi mortem nuntiant.

Aures, oculi, os, nares, coloris nigri ubicunque videris, ex decem unum evadere non poſſe mortem ſcito. Nigredo ſubdita eſt veſicæ, & lingua oris,

igni

igni cordis. Si nigredo extra appareat in ore, auribus, oculis, naribus atque etiam in lingua, ignem vinci ab aqua certum eſt; & ſicut numerus ſeptenarius attribuitur igni elemento, ſeptimo die moriturum prædicas. Color in facie flavus, in oculis cæruleus, turbata omnia in corpore ex vino nimio indicat; unum enim calidum & humidum lædit ſtomachum & ventrem; quæ duo ob caloris copiam ventum gignunt, ideoque oculi cæruleum colorem habent, & turbato corpore morbum pigritiem invehunt.

Facies nigra, oculi albi portam vitæ deſtrui indicant h. e. aquam, quæ nigredini dominatur, invadere portæ vitæ igneas qualitates, & albedinem ſeu metallicos pulmones deſtruere oculos, quibus dominatur hepar arboreus, atque ideò cum attribuatur igni ſummo numerus ſeptenarius, ubi hæc primo videris, mortem octavo die advenire cogita; ſi in facie cæruleum primò, dein advenire nigredinem videris, ſcito eſſe colorem hepatis; & illi veſicæ ſupetvenire colorem, unde ſi perſeveret nigredo, indicat ſpiritus abire, ex quo mors ſequitur.

Si facies rubra, oculi albi, ſignum eſt, ab igne ſuperari metalla, unde triſtitia & contrarius reſpirationi ſingultus venit. Porrò metalla in ſui productione (ſecundum ipſos) numerum nonum conſecuta ſunt, atque decimum terra, quæ poteſt producere metalla; ſed tum non poteſt, ideò poſt decem dies mortem exſpecta. Flavus, niger, albus, mixti ſcilicet colores in facie ſi videntur, & modo in oculos ingreſſi, modo in os, modo in nares, morbum interius eſſe indicant periculoſum.

Facies cærulea, & oculi flavi ſi fuerint, medio die moritur, quia ab hepate vincitur ſtomachus terreus, & cum venitur ad meridiem, cui ignis dominatur atque arbores quoque in ſe ignem contineant, neque turbant metalla, quæ ſunt à terra, ideò prævalent, & ſpiritus ventris terrei vincuntur, unde mors in meridie; quod ſi evadit illud tempus, poſt duos dies vitam amittet. Oculi non perfectè collucentes & radices dentium nigri indicant breves ſpiritus eſſe, ab his autem ſtomachum deſtrui.

Facies alba, oculi nigri indicant parum eſſe de ſanguine, & veſicam evacuari & hæ quatuor in quo fuerint, non diu victurum.

Os adinſtar piſcis apertum, & quod ſine violentia facilè claudi nequit, (quia ignis ſuperat pulmones:) edens magnum ſingultum, indicat mortem, quia pulmo deſtruitur.

Si humeri concidunt (ſignum eſt ſingultus advenire & ideò illos moveri) & ſunt oculi oblique aſpicentes, atque labia aduſti coloris, indicant cordis nimium calorem, atque cum facies ad cor ſpectet & nigredo ad veſicam, ſignum eſt, cor deſtrui & poſtea hepar ac denique vitam.

Si in oculis pupilla sit cærulei coloris, quia hæc subjicitur stomacho, & color cæruleus hepati, ab arboribus vincitur terra.

Si genæ faciei sint nimis rubicundæ, quia cordis igni subjiciuntur, diuturnum.

Os apertum & obliqua spiratio indicat stomachum & pulmones destrui: pedum & genuum tumor magnus, indicat stomachum & ventrem destrui: & cum terræ elementum ipsis dominetur, cui decimus numerus in sui productione attribuitur, decimo die mortem minatur.

Nervi si validè luxati sint, venarum destructionem quas regunt indicant.

Si in palma interius nullæ lineæ appareant, cor indicat destrui & mortem instare.

Si labia livida aut potius cærulea atque corpus frigidum, indicat spiritus destrui.

Manuum & pedum ungues cærulei & nigri, indicant ab aqua non posse produci arbores seu hepar, & octavo die, qui numerus attribuitur arborum elemento ob illorum productionem, mortem.

Corpus valde grave & fluxus urinæ non sistens, indicat aquam vinci à terra i. e. vesicam à stomacho, ideoque mortem sexto die, qui numerus aquæ in illius productione tribuitur.

Si capillos videas erectos instar stuppæ, intellige pulmones destrui & decimo die mortem.

Si facies tumeat & linguæ tumor sit cæruleus, (cor hepatis colorem habet:) & simul quatuor partes manus & pedes viribus destituantur, quia hepar non retinet sanguinem, per quem irrigantur & aluntur oculi & lachrymæ profluant incessanter, quod indicat hepar destrui; vincuntur enim à metallis arbores, ideò mors imminet die octavo, si numeros ab initio cycli sexagenarii.

Si facies flava vel nigra & palma tumescens sine lineis, cor destruitur & mors post unum diem adest; aqua enim post unum diem creditur producta à Sinis.

Si pedes tumeant flavo humore, & æger non sentiat fluxum alvi atque labia eversa habeat, post unum diem mors.

Oris & narium aër exiens neque rediens i. e. exspiratio sine introspiratione, & eversum sit unum labium sursum, terra nequit producere metalla; si etiam adsit nigredo, qualis fit à carbonibus, quia metalla non producunt aquam, unde spiritus vesicæ non pervadunt, pellis & pili arescunt, atque anima solvitur à corpore & siccantur ungues, tertio die mors venit, nam ternarius pertinet ad metalla.

Si

Si facies nigra, si obscurentur oculi, sudor instar æquæ decurrat, renes quasi abrumpantur, & pili siccentur, quarto die mors.

Sed videamus Aphorismos *pien kǒ hoá tó cham chum kim* Medici nobilissimi.

1. Ægroti hominis duo oculi si habeant flavum colorem, promittunt vitam, & morbum posse curari.

2. Etiam qui habet faciem, flavam, & oculos cæruleos, non moritur; si sint cærulei sicut herba *ceú cú*, moritur.

3. Qui habet faciem flavam oculos rubeos, non moritur, sed si rubedo sit sanguinis corrupti moritur.

4. Si facies flava, oculi albi, non moritur; sed si albi sicut arida ossa alba moritur.

5. Si facies flava, & oculi nigri, non moritur; sed si nigredo sicut à carbone, moritur.

6. Si facies & oculi nigri simul, non moritur.

7. Si facies nigra & oculi cærulei, non moritur.

8. Si facies cærulea & oculi albicantes, moritur.

9. Si facies nigra, oculi albi, non moritur.

10. Si facies rubra, oculi cærulei, sexto die moritur.

11. Si facies flava, oculi cærulei, post novem dies moritur, quia viæ sunt perturbatæ, & potus vini nimius causat malignitatem, quia ingreditur in ventris & fellis vias; unde spiritus dispersi, oculos faciunt cæruleos, quo fit, ut nullo modo possit vivere.

12. Facies rubens, oculi albi, post decem dies moritur, tristitia & sollicitudo interius circumligavit cor.

13. Alba facies, oculi albi, moritur; indicant tolli integritatem vitæ, & evacuari sanguinem venarum.

14. Facies nigrescens, oculi albi, post octo dies moritur; quia vesicæ spiritus interiores læduntur, unde morbus *Cyé* i. e. aggregationis spirituum emanat.

15. Facies cærulea, oculi flavi, post quinque dies moritur.

16. Æger cadens in lectum, si cordis dolorem habeat & spiritus breves, stomachum intus indicant esse læsum.

17. Ægroti facies si non sit clara ordinariè, sed appareat instar terrei coloris, indicat illum non recipere cibum & potum, & quarto die moriturum.

18. Si oculi non sint ordinariè clari, & dentes nigri, morbum indicant curari non posse.

19. Ægro-

19. Ægroti aures, oculi, nares, os ſi ſint nigra & nigredo linguam inficiat, omninò moritur.

20. Aures, oculi, & genæ ſi rubeant, mors in quintæ diei medio.

21. Color niger prodiens in ſuperficie frontis & infrà nares & etiam in genis ambabus, mortem finito die & medio.

22. Si de morbo conſurgas & modo colorem nigrum, modo album habeas, qui oculos intret nares & os, tertio die mortem.

23 Si repentè nigreſcit facies inſtar marmoris nigri; vel ſimul ſit cærulea & nigra, mors.

24. Si nigreſcat facies & oculi obliquum contueantur, malignitatem venti & mortem indicant.

25. Ægroti facies nigra, labia cærulea, mortem.

26. Facies cærulea, labia nigra, mortem.

27. Facies nigra, latera repleta, ita ut te movere nequeas à tergo, mortem.

28. Oculi oblique in humeros quaſi retroacti, poſt unum diem mortem.

29. Si humidum radicale ſit repletum, ac motus ejus impeditus, & coloris primigenii defectus; oculorum perfectio tollitur & ob metus vehementiam mors.

30. Si oculorum retina introrſum acta fuerint, ſeptimo die mors.

31. Si fuerit os, ut os piſcis & ſpiritus multi egreſſi, mors.

32. Si abſolutè os apertum, tertio die mortem.

33. Si labra habeant cæruleum colorem & repentè areſcant ac ſiccentur, indicant non poſſe ægrotum curari.

34. Ungues cærulei, mortem.

35. Ungues manuum & pedum habentes intra carnem nigram, octavo die mortem.

36. Si motus ſanguinis & ſpirituum ſit deſtructus & in facie ejus natet tumor, mortem.

37. Si ægrotans habeat tumorem & facies ejus nigra appareat, mortem.

38. Ægrotantis palma tumefacta ſine lineis, mortem.

39. Si umbilicus habeat tumorem & repente detumeſcat, mortem.

40. Si pulſus videas deſtrui, os hiare, pedes tumeſcere, poſt quintum diem mortem.

41. Ægroti labia tumida, dentes aduſtorum inſtar, mortem.

42. Ægroti dentes derepente nigreſcentes, decimo tertio die mortem.

43. Lingua ægroti tumeſcens inſtar ovi, mortem.

44. Su-

44. Sudor, qui non decurrit, & linguæ tumor nigrescens, mortem.
45. Capilli capitis erecti in ægro, 15. die mortem.
46. Capilli sicut sicca stuppa & si æger pronus sit in iram, mortem.
47. Pedum Suræ tumidæ & inflatæ & genua instar vasis cujusdam inflata, mortem.
48. Æger dormiendo excrementa, absque eo quod sentiat, excernens, mortem.
49. Ægroti corpus fœtorem cadaveris de se spirans nequit curari.
50. Ægroti ex hepate pellis nigra si fuerit, pulmonum die *kem ciu* in cyclo sexagenario 17. vel 18. moritur.
51. Ægri pedum suræ tumidæ & vomitus atque capitis dolor adveniens, mortem.
52. In cordis morbo si oculi sint nigri, vesicæ die *giu hem* 19. aut 20. moritur.
53. In morbo stomachi labia cærulea, in hepatis die primo vel secundo in cyclo sexagenario mortem.
54. In morbo pulmonum genæ rubentes, labia flava, die stomachi in cyclo inter 5. & 6. mortem.
55. Color supra requisitus cæruleus & cælorum obscurus, & non arculi rubentis; rubor debet esse minii & non Cinabari; albedo debet esse alarum avis *taí* & non salis nigrescentis; nigredo debet *cyé* bituminis seu picis flavus sicut invenitur in alis avium, & non sicut color terræ.

Si videas in oculis rubedinem, morbum esse scito in corde; si albedinem, morbum in pulmonibus; si nigredinem, morbum in vesica; si flavum in stomacho; si cæruleum, in hepate, si videas colorem, cui nequeas attribuere alicujus ex dictis coloribus, scias morbum esse in pectore.

Locus *gé kio*, i. e. cornua Solis, si habeat in vere colorem cæruleum, cum illi dominetur hepar; si ille color similis sit avium alis cæruleis; vitam spondet; si autem sit azur vermellio, lædi à vento indicat, & spiritus esse frigidos; si flavum colorem, indicat hepar habere vitium vacui; si album, repletionis; vacuum proinde restaurare curabis.

In loco *qué kió* i. e. cornibus Lunæ, dominatur stomachus & tempus quintæ annuæ tempestatis, si ibi appareat flavus, indicat ventris spiritus turbatos; si tàm flavus quam cæruleus, indicat colorem nimium ventris; si habeant colorem pavonis, indicat esse venenum in spiritibus & morbum *Sié Ki*.

Locus *heú chum* i. e. cœli medium seu media frons, dominatur tribus corporis partibus; si in illo appareat flavus color, indicat superiorem partem valdè calere; si pavonis, indicat mediæ partis corporis spiritus male habere;

 si al-

ſi albus, indicat in infima parte corporis frigus; ſi cæruleus, indicat morbum eſſe interius in loco *tai yam* magni caloris primigenii infra oculos, qui dominatur parvis inteſtinis; ſi color ſit niger indicat deficere ſpiritus & lædi à vento frigido: ſi ruber cor æſtuare; ſi flavus & albus, originem interiorem ſpirituum vacuam.

Locus *tai yñ* dominatur pulmonibus, ſi ibi appareat cæruleus ruber, indicat lædi à vento & frigido; præterea tuſſim & præterea calorem pulmonum; ſi ſit albedo alarum avium, vitam; ſi autem qualis eſt in oſſibus porci, mortem.

In loco *Siń Kuoń* (puta in genis) ſi appareat ruber, qualis in criſtis gallinæ, vitam; ſi autem ſit, ſicut eſt ſanguinis corrupti, cum parvis inteſtinis & cordi dominetur, indicat morbum calidum, inquietem, ſitim, & puſtulas in lingua, oportet igitur Medicinas frigido-calidas portæ vitæ adhibere. Si color niger, qualis eſt avium nigrarum, quæ in hyeme volant, vitam; ſi qualis eſt aduſtæ terræ, mortem; ſi flavus, indicat malignitatem in ſtomacho; ſi albus, eandem in pulmonibus; ſi parvus ægrotare veſicam; ſi tempore quintæ tempeſtatis ruffus appareat, qualis videtur in vaccis, vitam: ſi qualis in terra cremata, mortem.

Locus *tí kuò* ad meatum, dominatur ureteribus & alvo; ſi habeat cæruleum & album, frigus indicat; ſi flavum & rubrum, calorem.

In loco *kań mó* i. e. hepatis ſepulchro, oportet videre cæruleum colorem, nam ſi albus appareat, ſeptimâ vel 8. Luna periculum nuntiat; nam venit elementum, metallı, h. e. pulmones vincere arbores, i.e. hepar, (quod invadunt) ideò quamprimum curandum eſt malum.

In loco *guei mo* id eſt ventris ſepulchro, naturalis & debitus color eſt flavus, proinde ſi ibi appareat cæruleus in vere, nullus debet eſſe morbus ſed ſi adſit morbus, cum morte terminabit.

In loco *Sui mo* i. e. cordis ſepulchro, debet eſſe color ruber; ſi autem vides cæruleum album, noli mederi, per ſe enim morbus ſolvetur; niger tamen ſi appareat in loco *quey mo*, à veſica periculum eſt.

Si in loco *Koañ Súi* & ad oculos ipſos moveatur rubeus color, tertio menſe mortem.

Si in quatuor iſtis locis *kan mo*, *kien*, *guey*, *ſui* appareat niger in hyemali ſolſtitio h. e. 10. vel 11. Lunâ, periculum.

Si in loco *fi mo* videas flavum colorem ingredi nares, mors; Si in cæruleum mutatur, dolorem ob frigus & mortem in pleriſque; ſi nigrum videas, indicat aquæ ſeu veſicæ morbum; ſi rubrum, indicat magnum & vehementem calorem; ſi album à ſanguine morbum; ſi in locis corporis fellis & ſtomachi

ſit

ſit color niger, cum hepar dominetur oculorum morbis, & labiis dominetur ſtomachus, ideò color cæruleus ſeu ſubniger ſi appareat primâ Lunâ, indicat intra illam periculum.

In loco *Kuań Keú*, puta in loco ſupra labia ſeu extremo oris, ſi quinque colores, unum videlicet poſt alium, videas ſuccedere, mortem; in prægnante autem triſtitiam, & ſi ſit ſolus color albus, intra 7. vel 5. dies mortem

In extremo ſuperciliorum *Kuań mi* rubeus & niger & albus, ſi poſt medium annum evadit mortem, aut poſt medium annum certo moritur, aut certe intra 3. vel 5. dies violenter ſeu crudeliter moritur. Sed oportet ut ille color albus in ſuperciliis ſit etiam in pelle & carnibus, nam pulmonum morbus eſt.

In loco *Kuań pì* i.e. narium ſuperficie, ſi cæruleus color ſit, indicat frigus redire & dolorum moleſtias; ſi niger ſit, ab aqua morbum; ſi flavus intra umbilicum frigus maximum; ſi albus ſanguinis illico fluxum & præterea mors ſupervenit; ſi rubeus, indicat ventris nimium & venenoſum calorem; ideò cito medicari morbum oportet, ne ſuperveniat profundus ſingultus.

In loco *Kuan nieú* i.e. in angulis duorum oculorum, ſi morbus aliquis ſit, non cura illum, nam ſi ſit ex flavo colore, vitam; ſi verò alii etiam appareant, periculum enuntiant.

In locis *qûay guì chiń* h.e. in ipſo corpore hominis ſi videas colorem rubrum, periculum; ſi mutatur rurſus in rubrum vel hic in cæruleum, poſt diem mortem; ſi in genis ſit rubor & nigredo, vitam ſervabis ſed oportet te ſerves & occurras malis.

Si in loco *heú chûm* ruborem habeas, indicat triſtitiam vel afflictionem & poſt quinque vel ſeptem dies morbi augmentum.

CAPUT ULTIMUM.

Explicantur ſuccinctè malignæ febris, delirii & fluxus alvi morbi, originales morborum aphoriſmi afferuntur.

Praxis tentandi pulſus & inſtructio brevis, qua ratione Medici Sinenſes medicantur delectis morborum pulſibus.

MEns erat genera omnia morborum percurrere, ſed tempus breve, uti & alia, quæ à Medicis Sinis afferuntur, nos coëgit hîc ſiſtere, & ſi Deus voluerit, in lucem poſtea proferam. Breviter hic quædam afferam ac inprimis de maligna febri.

§ 1. In

§. 1. In vere tepidi spiritus uniuntur; in æstate spiritus æstus, seu calidi; in autumno moderati inter calorem & frigus; in hyeme spiritus frigidi ac densi, ut qui congelare faciant. Istæ sunt mutationes connaturales quatuor anni temporibus, nam v. g. si hyeme est multum frigus, omnia se recondere necesse est aut condensari, ne lædantur à frigore; at si hoc frigus in vere appareat & mutet veris tempus debitum, causat morbum: nam illud frigus suos spiritus inserit membris, carnibus & ossibus, estque morbus *ven* à tepido seu pestis. Quod si in æstate mutet tempus æstus, causat febris morbum multo priori graviorem, qui affligit & urit hominem, unde in vere & æstate pestem fieri contingit, quia videlicet tepidus ille morbus tempore æstatis vel veris à tempore hyemis irrepentè causam habet; nam cum verno tempori respondeat tepor seu tarditas & remissio, irrepit pro illo frigus, & cum æstati respondeat calor, irrepit pro illo autumni tempus medium inter calorem & frigus, & contra in autumno pro tempore illi debito calor solus, in hyeme vero loco frigoris tepor. Ex dictis mutationibus intra annum morbi oriuntur & crescunt; nomenque *Xam han* maligna febris habet. Origo potissima illius est ex frigoris vento intra irrepentis atque spirituum pervadentis integritatem, quorum postquam auffert præfectionem, fit ut non permeent; unde hic morbus primo die apparet in narium foraminibus atque in medio pellis, & carnium, causatque dolorem capitis & odium frigoris, renes & humeros aggravat. Morbi hujus maligni spiritus per corporis lotionem & sudorem curantur: cum autem maligna creverit ad tertium diem in superiori parte corporis pectus oppleri & tristitia affligi contingit hominem, Medicina hujus mali est vomitus. Porro ad quintum diem crescens spiritus aucti & quasi condensati sunt in intestinis, ideoque lumbi & renes gravescunt & ossa affliguntur ac dolent; Medicina est purgare ægrotum. Secundum vero est malignam febrem quinduplicem esse.

1. *Chum fum* morbum ab interiori vento, quod videlicet sudor à malignitate venti læsionem accipiat, & si sit in *yam* i. e. calore primigenio, pulsus apparet *feu hié* i. e. natans & creber, eò quod læsio sit in motu sanguinis & spirituum, unde calor sursum ascendit; si autem fit ab *yn* i. e. humido radicali, pulsus *cum jé* i. e. mollis, subtilis & debilis illam malignitatem indicat.

Secundum genus febris dicitur *xam han* i. e. læsio à frigore, quia malignitas illius est causa, nec veniat sudor, unde fit, ut corpus dolore affligatur, & quia hic morbus nascitur ex nimietate caloris primigenii & humidi radicalis, ideò pulsus, qui illam indicat *keu ci ge* intensus rarus, calidus in locis *Cum* & *Chě* i. e. primo & tertio, læsio est in sanguine, & morbus curari potest per sudorem.

Tertium genus *ge pim* i. e. calida oritur ex *yâm* i. e. calore primigenio,

&

& *yn̄* i.e. humido radicali natantibus, ideoque in locis *Chĕ* i. e. tertio & *cum* i. e. primo, ad levem attactum sentitur pulsus *feú hié* i.e. natans & creber, qui indicat cor à calore lædi, idem pulsus si fortius palpetur invenitur esse *Chin san ci* i.e. profundus rarus, & qui mox dispergitur.

Quartum morbi genus *ulú pui* i.e. pestis seu teporis, motus hujus morbi per omnes vias meat atque omnia tempora percurrit. Veris enim tempore quo *Veú* i.e. qualitas tepidi regnare deberet, mutatur in frigus. Æstatis tempore, cui calor est debitus, mutatur in medium tempus & remissum teporem. Autumni tempore, cui moderata caloris remissio debetur, mutatur in æstum. Hyemis tempore in quo frigus regnat, mutatur in teporem; inde fit ut qui dictum morbum habeat, pro multitudine spirituum longiori vel breviori tempore illum patiatur. Atque cum omnes vias pervadit, in omnibus reperitur, curatioque illi adhiberi poterit. Ex quo colligitur quod pestis omni tempore grassari possit.

Quintus morbus *xé veù* i.e. ab humido tepore, qui si est in calore primigenio, pulsus, qui indicant illum, sunt *ju, vie* i. e. molles ac debiles; si autem sit in humido radicali, pulsus sunt *ciá kiá* i.e. parvi, celeres, & pro copia spirituum intra annum brevior vel longior apparet, cum hic morbus est in calore primigenio exterior; cum autem in humido radicali est interior, malum ejus incipit in pelle & carnibus, causat calorem, estque extra; quare dicitur esse *yam̄ hiú* i. e. vacuus calor primigenius; proinde oportet sudare ægrotum si curari volet, & si loco sudoris procreandi purgationem illi tribuis, moritur. Similiter si ad extra morbo non aufferes malignos spiritus, fiet, ut communicentur interius, non quidem cum malignitate frigoris, sed cum contraria malignitate caloris, quæ causat afflictionem, inquietem, calorem, garrulitatem, unde malum illud est *yn̄ hiú* & *yam̄ xin* i. e. humidum radicale vacuum & calor primigenius oppletus. Curatio hujus morbi est per purgationem, quod si loco purgationis procures sudorem, occides ægrotum. Breviter in compendio accipe Medicinam prædictorum. *Yam̄ kiú* i. e. calor primigen. vacuum si habet, sudore curatur: *yn̄ chim̄* humid. rad. plenum si purgas, moritur. Rursum si *yam̄ chim̄* i. e. cal. primig. sit plenus & prodeat sudor, moritur: Si sit *yn̄ kiu* humid. rad. vacuum & purgas, curatur. Nota verò *Xam̄ ham* i. e. malignam febrim similem habere pulsum cum aliis febribus, quare si sit malignitas *à yam̄* i. e. cal. prim. ambarum manuum pulsus sint *feù hien* i. e. natantes, extensi & excrescunt in *cum̄ tá* i. e. exundantes & magnos, atque implent tria loca pulsuum pervaduntque ad locum *fum fu* in capite, ubi via est caloris magni primigenii, malignitas ad septem dies dilatatur, ideo oportet viis pedum mederi & bene explorare.

 Secun-

Secundum locum *Quoan* ut videas, si pulsus sint *vi chí*, *muón* i. e. parvi, tardi, languidi, pulsusque *fó* i. e. cadens valdè, quærendus erit, ut inveniatur: verum quinque diebus ante advertes, pulsus esse modo tardos modò frequentes, modò exundantes, modō parvos & morbum modo gravem, modo levem. Porrò *xam̃ han̄* i. e. maligna febris septem diebus explicat suas vias sequenti ratione.

Primò die dilatat malignitatem febris in *taí yam̄ pam kuam̃* i.e. magno calore ureterum. Secundo die dilatat in *yam mim guey* i. e. lucidi caloris primigenii à ventre via. Tertio die dilatat in *xao' yam̄ tan̄* i. e. diminuti caloris à felle via, istæ viæ sunt caloris primig. ab intestinis ad pedes & ad extra, nec egrediuntur exteriora intestinorum; ideoque potest adhuc sudor venire & morbum solvere. Quarto die dilatat malignitatem in *tai yn̄ pi kiúm* i. e. magni humidi radicalis viam à stomacho. Quinto die dilatat in *xao yn̄ kieu* i. e. diminuti humidi viam à vesica. Sexto die dilatat in *kiné yn̄ kan̄* i. e. defectuosi humidi viam ab hepate. Istæ tres viæ sunt à membris & ab intra, & potest purgari æger vel per *ven̄* i. e. tepidorum usum, & illa malignitas extingui; febris enim maligna solum dilatatur in pedum, non autem in manuū viis, tribus videlicet viis caloris prim. & tribus viis humidi rad. lateralibus & non directis: quare motus sextus sanguinis, qui est ad intestina, repleri oportet; nam sic impedimentum aufertur, per quod prohibentur, ne obstructè & oppletè decurrant, ex quo fit, ut septimo die ex illa oppletione, qui malignâ laborat, moriatur. Etiam fit ut duobus motibus febris maligna moveatur, & uno die se dilatet in duabus viis, & interdum trium dierum spatio in tribus viis, unde fit ut intra dies tres vel sex mors accidat: cum vero dicta malignitas habet caput & caudam i. e. principium & finem, aut solum per unum diem in via se dilatat: fit ut alia genera febris malignæ diuturnioris & brevioris eveniant, quæ non refero.

In maligna febri & quacunque alia calida iidem ferè pulsus sunt; nam ambo implent manum, penetrant *Quoan* i. e. secundum locum seu limitem, sunt exundantes seu celeres; excepto, quod in maligna febri pulsus transilientes limitem *Quoan* si parvi sint, magnum languorem habent; at vero in quacunque alia febri post palmam manus, licet languidi sint, statim disperguntur.

Morbi malum utrobique *fum̄ mem̄* locum præterit, & si habeat magni caloris dominium, intra diem periculum aufertur. Porro si in maligna pulsus fiant *fó* i. e. cadentes, multo tempore perquirendi sunt; in febri ordinaria siccitas & defectus accidit. Quare in maligna si doleat caput, si urat sitis, si impertinentia loquatur, debet habere pulsum exundantem magnum; nam si illi contrarius appareat, scilicet parvus, subtilis & exiguus, in caloris primigenii locum

cum irrepſit humid. rad. & mortem nuntiat. Rurſum ſi poſt ſudorem videas rediiſſe pulſum æqualem ſeu connaturalem, indicat morbum abiiſſe: at ſi contrarium, ſcilicet pulſum celerem, ardentem, affligi ægrum triſtitia, loqui impertinentia, nec poſſe comedere, iſte morbus vocatur *yñ yam kiao'* i. e. humid. rad. pervaſiſſe cal. prim. & contra, & mortem nuntiat.

Adverte autem in maligna febri duas ſpecies reperiri malignitatis, unde & duo morbi, alteram ab *yâm* cal. prim. alteram ab *yñ* humid. rad. ac proinde ſi videas in corpore turbari omnia, quatuor partes ſcilicet manus & pedes affligi nec quieſcere, in facie ruborem & flores, & prodire maculas ſeu puncta, quas *petó chê* vocant, ſi loqui impertinentia quaſi ſi videat ſpiritus, ſi fluxum & reſpirationem non quieſcere, ſi ſudorem prodire ad extrema corporis reſpondentis ſiccitati, ſi inſtar piſcis os apertum, malignitas febris eſt ex *yâm* calor. primig. malum hoc Medicina non tollit, ſed illud poteſt minuere; quod ſi æger in illo ſeptem dies tranſeat, poterit ſanari & quieſcere.

In ſex locis manuum pulſus *kum* i. e. exundantes ſunt *à yâm* i. e. calore primigenio, malignâ febri ſic dictâ, & ſi ſudorem habere non potes, palam eſt, malum eſſe dilatatum atque in membra intraſſe, congeriem quoque ſanguinis & calorem eſſe ad intra. Unde turbatio & inquies, in facie rubor & puncta depicta ſeu maculæ, & loquacitas delirans, fluxus ſanguinis & os piſcis inſtar apertum; ſi æger ſeptem diebus ſupervivit, malum ſuperatur. At verò ſi videas frigere corpus & graveſcere, opprimi humeros & oculos dolere, nec dolorem ſuſtinere poſſe ægrotum, lumbos & ventriculum motu celeri vexari, os cæruleum vel nigrum, venenoſos ſpiritus cor agitare, quatuor partes i. e. manus & pedes frigere, appetere vomitum nec deglutire guttur & pulſum eſſe ſubtili-profundum, eſt malum à febri malignâ *yñ* i. e. humid. rad. cui oportet cito mederi, infra umbilicum purgare morbum, quod ſi ſextum diem ſuperat æger, vivere poteſt. In hac febri ſex pulſus in ſex locis manuum ſunt ſubtiles, profundi, celeres ſive magni, cum corpus nequit moveri nec oculi; & ſi in locum *Quoañ* i. e. medium redeant ſpiritus humidi rad. eſſe nocivos, unde ſi æger ſex dies vivat, quia tunc in *kié* ſummum humidum rad. producit calorem, evadit mortem.

Aphoriſmi de Febribus.

PEſtilentialis morbus, in quo ſudor, calor & pulſus celer atque ardens non debilitantur, accedente etiam delirio & faſtidio, ſignificant calorem primig. cum humido rad. in ſe mutuo transverſum fieri, ex quo mors ſequitur & licet convaleſcat, mortem tamen non evadit. Morbus calidus ſi habet ſudorem & pulſus

pulſus poſt illum maneat ſolidus, plenus, ſic ut anteà, mors; ſi poſt ſudorem redeat pulſus æqualis & connaturalis, vivet; ſi cum pulſu ſolido pleno nequit ſudare, qui eſt pulſus *yam kié* i. e. magni caloris moritur, ſi in illo pulſu poteſt habere ſudorem, pulſus adhuc urens maneat, & poſt ſingultus redeat calor & multiplicetur, moritur æger.

In febri calida poſt afflictionem & quietem ſudor ſi adveniat & poſt illum quies, vivet; in eadem ſi calor primig. ingreditur & humid. rad. egreditur, & caput tantum ſudet, mors; ſi etiam renes & lumbi uſque ad pedes tantum ſudent mors; ſi humid. rad. & calor primig. ingrediantur & ſudor adſit atque calor, ut prius, duret, mors: ſi humidum & calor verò egrediantur & ſudor adſit & frigus non ceſſet, præterea nares & os aërem frigidum ſpirent, mors. Item in calido morbo ſi adſit ſudor & fluxus, qui medetur morbo, vocatur puteus humidi, vitam promittit. Item ſi adſit ſudor & adhuc pulſus pleno-ſolidus, urens, vel ſi calor magnus, & abſit ſudor, nares tamen ſanguinem emittant, vita ſperari poteſt, vocatur puteus caloris. Item ſi morbus ſit à *xáo yñ* i. e. humido modico radicali ſex vel ſeptem diebus & æger ab alto videatur ducere ſuſpiria, mors. Si idem æger habeat pulſus parvos, ſubtiles & profundos & velit dormire, ſudorque veniat non inquietans atque cupiat vomere, deinde quinto vel ſexto die fluxus iterum, inquies, & ſudor redeat & nequeat dormire, mors.

In morbo *Xao' yñ* i. e. medio humido radicali fluxus ſi ſiſtatur & frigus pedes obtineant, & poſtea manus ac pedes tepeant, curari poteſt. Item idem morbus ſi pedes habeat frigidos & interdum inquietem, ac velit ambulare & ſe veſtire, poteſt curari. In maligna febri ſi calor magnus adſit ſine fluxu & nunquam ceſſet, mors ſex vel ſeptem diebus, & urina ſit calida, vitam promittit. Item ſi prodeat ſudor & fluxus non ceſſet, mortem; ſimiliter ſi non habeat calorem ſed ſolum humidum. Item in maligna febri tuſſis & pulſus, qui ſtatim diſpergitur, mortem. Item ſi fluxus ſit decem diebus & pulſus mutetur in plenum, mortem. In calida febri ſeptem vel octo diebus pulſus parvus, ſanguinis fluxus, oris ſiccitas, poſt unum diem & medium mors; ſi pulſus ſit *tay'* i. e ſubſiſtens, poſt unum diem. Item poſt ſeptem vel octo dies pulſus adurens & ſingultus frequentes, tertio die mortem. Si in medio morbi habet ſudorem, & poſt tres dies habet ſudorem, quarto die moritur.

In calido morbo corpus & facies abſolute flava & tumens, cor calens, os ſiccum, linguæ tumor, & ſi corpus fœteat ſtuppam, indicium eſt venenum incidiſſe in pulmones, quod illos & ſtomachum lædit, unde mors. In eodem morbo ſi ſudor non veniat, & ſi cum venerit, non pertingat ad pedes,

& ſi

& si spumet salivam, meticulosus sit, nec possit dormire, malum infecit hepar, quod & lædit, unde mors. Hæc pauca de febribus sufficiant.

De Delirio.

DIstinguunt Sinenses delirium ab amentia, illud *Vam* hoc *thien* vocant: *yn* & *yam* i. e. humid. rad. & calor primig. unita sibi debitè æqualitatem & sanitatem; sed si unum aliud superet, morbum efficiunt. *Yn* i. e. humidi rad. malignitas interior facit, ut extra egrediatur, unde vocatur *Chun yâm* i e. gravitas caloris, quæ facit delirare & per calorem commovet ægrotum & per *yn* i. e. humid. rad. quietem reddit, ideò delirans parum dormit, & quia malum solidum est & intra plenum, non esurit, verum se ipsum laudat, gloriatur Dominum se omnium constituit, neminem metuit, cantat, fidet, lætatur, concinnatur, ambulat, vociferatur &c. Sed cum malum est ab *yn* i. e. humidi rad. plenitudine & redundantia, in furiam erumpit, vocatur *Chun yn* i. e. gravitas humidi, estque id, unde fit amentia; & quia *yn* i. e. humid. rad. deorsum est & eò se recolligit atque residet, ideò amens non loquitur, non lætatur, mortui instar obliquè torquet oculos, faciem obvertit & demittit. In delirio pulsus trium locorum est *yam* i. e. caloris primigenii, in amentia est *yn* i. e. humidi rad. verbo: Delirus habet pulsum *Chum yâm*, parum dormit, non famet, & morbus est in commotione, Amens habet pulsum *Chun yn* morbus est in stupore, quiete, silentio.

Amentiæ porro sunt quinque genera. *Sum yâm thien* i. e. à calore amentia, per illam redditur homo quasi mortuus, egerit stercus, & non nisi cum dorsum suum mordet ac comedit, restituitur. Secundum *yn thien* i. e. ab humido rad. cum incipit nascuntur in umbilico pustulæ, multi sanari non possunt; acquiritur hoc malum, cum quis se lavat. Tertium *thien fum* i. e. amentiæ morbus ex vento, oculi in amente volubiles sunt; omnia lustrat, quasi cum quis trahit aliquid aut sequitur aliquem, balat instar ovis, cum dorsum suum rodit, redit ad se. Quartum vocatur *ven thien* i. e. ex tepore amentia, facit caput deorsum pendere, inducit corporis gravitatem, oritur, cum aliquem æstus invasit & corpus ac præcipuè cerebrum humiditate opplentur, cum dorsum suum rodit, redit ad se. Quintum *má thien* i. e. equi amentia, hæc per intervalla venit & manibus ac pedibus reptare facit hominem.

Amentiarum relatarum pulsus est plenus, trahentis, creber, magnus *kien xé tá hié*, & huic morbo atque pulsui potest adhiberi medela. Verum si pulsus sit *chin ci vi ciao vi* i. e. profundus, subtilis, parvus, exilis, tardus, huic pulsui ac morbo nulla medela est; solet etiam dici: si pulsus sit in dictis amentiis

Kień hé hien xe i. e. trahentis, celer, intenſus, plenus, quod vitam promittant; verum ſi amentes ſtatim dormiant, in terram projecti ſalivam egerant neſcienter & violenter erigi cogantur, atque erecti ſtercus faciant, difficile poſſunt curari.

De fluxu alvi.

FLuxus alvi fiunt in æſtatis Luna, cum à ſtomacho & ventre æſtuante recipitur frigus: nam color & frigus ſe mutuo dilatantia cauſant fluxum, & ſi ſit tam ex frigore quam calore, fluxus ille ruber & albus apparet; quod ſi tunc adſit pulſus *ſeú tum* i. e. exundans & natans, indicat in cordis via intercidere & mergi calorem, morbus proinde iſte difficilis curatu eſt. Si videatur pulſus *Chiń ſi* i. e. profundus & ſubtilis, indicat in cordis via leviter intercidere calorem & ideò facile curari poſſe. Nota autem, fluxus eſſe quinduplices, unde & nomina diverſa habent. 1. *quey xí* i. e. fluxus à ventre; ſtomachus dominatur carnium calori & cavitati liquidorum, ubi ſegregantur ſubtile & groſſum ſeu fœculentum, & prius quidem eſt materia ſpirituum in ſtomacho, qui illos ad ſex membra & ſex inteſtina ſpargit, poſterius verò devolvitur ad ſex maria, puta ſex inteſtina. Porro ſpiritus ventris cum ſunt debiles, recipiunt frigoris malignitatem, & cum carnes nequeunt calefacere cavitatem liquidorum, fit ut dilatentur ad *tá cham* i. e. magna inteſtina & inficiantur flavo colore cavitatis, unde indigeſti egeruntur. Vocatur ille fluxus *quey xí* uno verbo; ventris fluxus oritur ex cibo & potu indigeſtis, eſtque coloris flavi. Rurſus licet venter à carnium calore cavitatem liquidorum faciat calefieri, cum videlicet purum ſegregatur à fœculento, ſtomachus tamen vacuus cum recipiat malignitatem, fit ut nequeat diſpergere ventris ſuperioris ſpiritus in quinque membra & inteſtina, unde remanent in medio ventris quem etiam replent; ideò ea quæ comeduntur cum deſcendunt, ſtatim evomuntur & turbantur ſpiritus illi, ac cum fœcibus minguntur; quare redeuntes fœces ad magna inteſtina, cauſant ſtomachi fluxum ſecundi generis *pí xí* dictum. Rurſus cum cibus abit in locum *kiuń pé* i. e. magna inteſtina, quæ pertinent ad pulmonum membrum, & cum hæc inteſtina ſint alba, & cum ſint vacua, exorto in illis motu murmura cient; malignitatis hujus ſunt cauſa frigidi ſpiritus, unde fit, ut nec dum abſolutâ comeſtione ſtercus in fluxum erumpat, quod eſt caloris albi, & ex murmure atque motu dolorem creet. Vocatur hic *ta cham xi* i. e. magnorum inteſtiorum fluxus. Verbo uno: fluxus ſtomachi fit ex eo, quod repleatur fœcibus, quibus cibus obviat, unde per vomitum illum egeri faciunt; at verò fluxus inteſtinorum magnorum oritur ex eo, quod vacua ſint, unde illud reſiduum, quod in illis reperitur, rubedine tingunt, atque ex motu

&

& murmure dolor generatur. Rursum *Siaò Châm* parva intestina pertinent ad cor, Dominum sanguinis, ideò qui laborant fluxu urinæ, habent fluxum purulenti sanguinis ex alvo; nam parva intestina à ventriculo recipiunt malignitatem & motum, & ex eo nascitur quartus fluxus *Siaō chām cí* i. e. parvorum intestinorum. Verbo uno; alvus cum dolore ventriculi ejicit sanguinem purulentum. Rursus fluxus, qui est ex retentionis defectu; nam liquida & cibi deferuntur usque ad magna intestina & ad os intestinorum amplissimorum seu ureteres, ubi Chylus fit, & aqua atque liquor digeritur; & cum illa magna intestina malignitatis frigus habeant, coguntur egerere fœces ad ureteres habentes calidos spiritus, qui fœcibus oppleti gravescunt, unde licet illas alvus excernere celeriter cupiat, tamen fœces nequeunt exire ex intestino vacuæ portæ, unde magna intestina recipiunt morbum & proximè ad ureteres venientes liquores, qui profluunt ex meandris, illos etiam obstruunt, ex quo fit dolor, vocaturque *ta hia xi* fluxus, quem si velis egerere, nequeas, uno verbo: *Hiá xi'* est fluxus qui intrat celerrimus & ob obstructionem impeditus, alvus illum etiam cum dolore & nisu sæpe frustrato excernere vix aut non potest. Memineris autem album colorem in fluxu & rubeum distinguere; nam rubeus est à calore, albus à frigore, quod scilicet magna intestina recipiant malignitatem nimiam, & cum spectent ad pulmones, ideo ex illis albæ sunt fœces; at verò magna intestina recipiunt calidorum spirituum nimietatem, & cum calori ignis dominetur, colorem ex eo rubeum fœces habent; quod si verò maligni frigoris & caloris spiritus uniantur, fœces simul albæ & rubræ, frigus, & calorem interiorem intestinorum indicant.

Aphorismi morborum mortis & vitæ.

PUlsus veniens sicut cum turmatim aves aut equi veniunt, moritur æger. Pulsus similis stillicidio domus veniens & interdum sistens nec continuus, etsi homo non ægrotarit antea, moritur. Pulsus qui movet manum adinstar parvorum orizæ granorum, mortem. Pulsus si solum fit in superficie ad extra, & idem non appareat intra, mortem. Si æger occludat oculos nec velit videre homines, debet habere pulsum viæ hepatis chordæ extensæ similem, celerem & longum; quod si pro illo pulsus apparent pulmonum *feú tuoń cí* i. e. natans, brevis, rarus, moritur. Si æger habet oculos apertos, & pulsum viæ vesicæ profundum, celerem, parvum, moritur. Æger ex naribus sanguinem mittens pulsum habere debet profundum subtilem; si sit *feú ta kieú*, i. e. natans, magnus & trahentis, moritur. Æger delirans debet habere corpus calidum & pulsum exundantem, magnum: Si frigus habeant pedes & manus, &

pulsus sit profundus, subtilis, parvus, moritur. Æger ventriculi debet habere pulsum subtilem, parvum; si pro illo sit intensus, magnus, celer, moritur. Si cum morbo pulsus non congruat v. g. caput & oculi doleant & pulsus sit bre vis & rarus, moritur; similiter si ventriculus doleat & pulsus sit contrarius *seu tá xań* i. e. natans, magnus & longus, moritur. Si sinistra habeat morbum & dextra dolorem, vel contra; similiter si in infima parte sit morbus & in dextra dolor vel contra, moritur. Si veniat parvus, subtilis & interrumpatur, moritur; si sit profundus, mollis & debilis, celer & semper natans, moritur. Si homo sit æger, sed pulsus sint sani, vivit; si non sit æger & pulsum habeat ægroti, moritur; si pulsus deberet esse magnus & apparet parvus, moritur. Pinguis hominis pulsus parvus, subtilis, sicut fili serici si interrumpitur, moritur. Obesus si habet pulsum adurentem, moritur. Agilis corpore si habeat rarum; & tardus si habeat celerem, moritur. *Chě* i. e. loci tertii pulsus si non respondeat loco *Cuń* i. e. primo, aut si sit valde tardus, post medium diem moritur. Si in eodem pulsus sit & stomachi & hepatis, indicat non digeri cibos, & si multum sit de pulsu hepatis, moritur. Si in eodem loco sit pulsus pulmonum & hepatis indicat hydropisin, pedum & manuum tumorem, si vero multum sit de pulsu pulmonum, mortem. Si simul videatur pulsus cordis & vesicæ, indicat difficultatem loquendi. Illi qui hoc patiuntur, novem sensuum officinas non peragere suos cursus, pedes item ac manus destitui potissimum percipiunt; & si sit de pulsu vesicæ multum, moriuntur. Si in eodem pulsu videas vesicæ & stomachi simul pulsum, quinque membra destituuntur, & si multum habeat de stomacho moritur. Si habeat pulsum simul hepatis & cordis, indicat morbum magni caloris & sudoris & spem tolli: si habeat pulsum simul hepatis, & vesicæ, morbum in ventriculo & in muliere menstrua deesse; si hepar plenum & repleat pulmones plenè, indicant tumorem pulmonum & surarum in pedibus, & dormientem expavescere nec posse urinare; cordis pulsus repletus & magnus indicat morbum ex nervorum contractione, idem indicat hepatis pulsus parvus & celer. Vesicæ pulsus profundus & natans ventum aqueum, & si simul sit vacuus mortem, & si sit chordæ extensæ, timorem. Vesicæ pulsus celer, profundus hepatis pulsus magnus, celer & profundus indicat morbum pustularum seu variolarum & à siccitate. Pulmonum pulsus profundus indicat extra defluere sanguinem, corpus calere & mortem. Si pulsus cordis & hepatis sit profundus & rarus, indicat sanguinem deorsum agi, corpus calere, & mortem septimo die. Ventris pulsus profundus & rarus indicat ventum extra. Cordis pulsus parvus, vesicæ celer, indicant humeros & quæ supra umbilicum sunt, arefieri, & quidem in viris ad sinistram, in mulieribus ad dextram. Si sit in lingua morbus, hic potest curari, estque mor-

morbus amissæ loquelæ, potest adhuc vivere duobus annis, sed ante tres annos nondum completos 20. diebus ante moritur. Pulsus veniens instar suspensi unci & natans indicat calorem. Pulsus instar singultientis indicat deficere spiritus, nec ad loquelam sufficere. Si videas pulsum ut ignem recentèr accensum, intellige perfectionem à corde auferri, qui illum habet, cum herba arescit, illo tempore moritur. Pulsus similis foliis dispersis indicat hepatis spiritus vacuari, cum ex arboribus decidunt folia, moritur. Si videas pulsum quasi obsessum, coarctatum, obstructum, ægrum, violenter moveri, intellige spiritus vesicæ non sufficere, cum ex arbore fructus *Caó* (qui sunt similes prunis) folia cadent, morietur. Si pulsum videas similem pilulis ex luto, indicant ventris integritatem amitti, cum arboris *ju can* decidunt folia, morietur æger. Si pulsus transversum veniant, indicant fellis spiritus non sufficere, cum oriza maturescit, morietur. Pulsus sicut fascia extensa aut chorda, indicat involucri cordis amitti perfectionem, indicat loquacitatem, cum pruina cadet, morietur. Pulsus instar *Sie* (est gummi quo liniuntur vasa,) in dextræ & sinistræ manus lateribus, si parvus sit, post decem dies mortem. Pulsus instar furentis fontis natans & ad carnes usque movens, indicat magni caloris primig. spiritus deficere & mortem. Si pulsus sit instar terrei globuli, indicat in carne deficere spiritus, & si succedant color albus, niger cæruleus, mortem. Si pulsus idem sit creber & oblique in manu appareat & dispareat, indicat *yam* calorem primig. deficere, & cum fructus *Caò* nascitur, mortem. Pulsus instar clavæ indicat ægrum irasci libenter, nec habere sonum & parvorum intestinorum spiritus non sufficere. Si est hic morbus in autumni tertii anni tempestate, moritur æger.

Praxis pulsus accipiendi.

PRimò oportet Medicum & sanum, & liberum à curis, jejunum quoque & manè venire ad ægrum; deinde scire ægroti sexum an vir sit an mulier, (nam hæc in primo loco *Cun* & in tertio loco *Chě* alium à viro pulsum habet:) item an puer, nam hic in una spiratione naturales habet pulsuum ictus octo, deinde an brevis staturæ, an proceræ, pinguis an macer, obesus an gracilis.

Secundo, recordari debet in dextra trium locorum & in sinistra totidem: item quibus locis membrorum & intestinorum destinata sint illa loca.

Tertio, qui illis viis debiti sint pulsus connaturales.

Quarto, quæ tunc regnat annua tempestas vel mutatio anni vel mensis, & qui ea propter locis supra memoratis atque viis debiti sint pulsus connaturales.

Quinto recordari debet pulſuum extrinſecorum, qui ſunt ſeptem, intrinſecorum qui ſunt octo, præterea pulſuum à viis extraordinariorū; item pulſuum novem viarum; denique ſedecim pulſuum monſtroſorum ſive mortalium.

Sexto debet recordari, quas affectiones & ſymptomata loca illa tria cum pulſibus ſupra dictis indicent, & ſimiliter cujus ſint naturæ pulſus ipſi per ſe ſumti, & quæ qualitates ad illos conſequantur.

Septimo debet noſſe prognoſtica ex pulſuum irreptione in annuis tempeſtatibus ex ipſa annua tempeſtate.

Octavo debet noſſe indicia ex ſenſibus, ſonis, liquoribus, ſaporibus, coloribus &c.

Nono debet ſcire, quomodo loco viarum, membrorum, & inteſtinorum cum magnis tribus partibus corporis (ſupremâ, mediâ, infimâ (congruant, & quæ ad quam pertineant.

Decimo neceſſe eſt, ſciat in uno loco pulſus examinare in ipſa profunditate manus vel brachii, tria puncta ſciat diſtinguere, videlicet ſuperficiem pellis & carnium (quæ cœlo, cordi, ac pulmonum membro ſimilis eſt) in qua pulſus natat: deinde medium ad ſanguinem & nervos (quod ſecundum punctum homini, ſtomacho & ventri ſimile eſt,) ubi pulſus medius eſt: denique infimum ad oſſa ipſa (quod punctum tertium & ultimum ſimile eſt terræ ac hepati & veſicæ) ubi eſt profundus pulſus, & ſic poſtea ad ſecundum ac tertium locum utriusque manus procedendo noveris inveſtigare pulſus.

Undecimo debet notare quod pulſus in primo quidem loco partis ſupremæ, in ſecundo mediæ, in tertio infimæ conſtitutionem indicant: deinde verò cujuslibet partis magnæ partes tres alias ſecundum puncta tria prædicta in profundum examinare.

Duodecimo dictorum punctorum trium indicia annexa, quæ ſolent accidere, in promtu habeat.

Decimo tertio advertat, an pulſus ſint in primo loco & non in tertio, vel tantum ſint in medio loco Quoan, & prout occurrunt illa, quæ ſupra diximus, prædicere.

Decimo quarto diligentiſſimè menſuram adhibere temporis & ſecum tacitus examinare, an videlicet in mora integræ ſpirationis quinque vel quatuor pulſuum ictus percipiat, hi enim ſunt connaturales pulſus hominis ſani; quod ſi deficiant & ſint pauciores, vel excedant & ſint plures, prout occurrunt, morbos pericula & ipſam mortem prædicere.

Decimo quinto an pulſus ſubſiſtant & ubi diligentiſſimè notet; in ſingulis enim ſex locis per ſpatium novem ſpirationum pulſus explorabis, qui ſi quadraginta novem vicibus ictus continuos habeant, nec alicubi ſubſiſtant, bene

bene habere loca & vias in illis aſſignatas, reſolves; ſi vero in aliquo loco ſubſiſtunt, & ſi præterea in numero ictuum illa interruptio variet, ſecundum illam ipſam variationem prognoſtica temporis de morte longioris vel brevioris ſtatues.

Decimo ſexto obſervato numero ictuum 49. in quolibet loco pulſuum debes videre, ſi ibi naturales, & tempori congruentes ſint omnes illi pulſus, an vero aliquis extraneus & connaturalis & præternaturalis irrepat inter illos; & hoc in quoto numero pulſuum: nam inde mox intelliges ex quo loco & cujus naturæ ſit irrepens ille pulſus, aut à qua via membri & inteſtini invadatur hic, cujus pulſum exploras.

Decimo ſeptimo notabis quoque, irrepens pulſus ecquod punctum ex tribus in profunditate brachii occupet, & quam gravitatem vel levitatem habeat; inde enim ſedem morbi colligere poteris, an ſit in ſanguine an oſſibus, an in pelle, nervis, carnibus; an interior morbus, an exterior, & denique in quota parte ſubdiviſa minori magnæ partis corporis. Ad extremum ex qualitate pulſuum qualitatem morbi divinabis. Declarandæ rei gratiâ accipe exemplum:

Præparatus ita Medicus accedens ad ægrotum manu illius in pulvinari poſita, ſic ut palma cœlum ſpectet, tum verò tribus digitis ſiniſtræ in dextra ægroti tria loca continget, primo ante omnia medium ſuum digitum infra os *Kaú kò* i. e. eminens brachii figet, indicem verò in primo loco *Cuń Keú*, & quartum digitum, qui eſt proximus à medio in loco tertio *Chě*. Revocabit vero ſibi in memoriam, quod locus *Cuń Keú* i. e. primus, ubi *yâm* i. e. cal. primig. reſidet, naſcitur ab *yń* i. e. humid. rad. & humidum rad. quod in *Chě* i. e. tertio loco reſidet, naſcitur in loco primo *Cuń* à calore primig. Sed *yâm* i. e. cal. primig. aſcendit ſurſum ad locum primum *Cuń* in quo regnat; *yñ* verò i. e. humid. rad. deſcendit deorſum ad tertium locum *Chě* ubi regnat. Porrò in quolibet loco (retento pulſu debito tempeſtati annuæ in memoria,) primo leviter pulſum ad *Kiò* i. e. pellem & ſuperficiem carnis admovebis; poſtea *nyâm* i. e. preſſius ad carnes & ſanguinem apprimes, & examinabis pulſum, (ſi idem ſit, qui in ſuperficie quoad naturam & qualitates, & ſi concordet cum natura loci in quo pulſus ſunt nec ne) denique apprimes fortius ad nervos & oſſa; & ſiquidem in his tribus punctis unius ejuſdemque loci verſus profunditatem reſpondeat mutuò pulſus in illâ magna parte corporis, quæ pertinet ad dictum locum, tres ſubdiviſas partes minores bene habere pronuntiabis, & etiam indicia annexa illis tribus partibus examinabis & colliges; & ſimiliter procedes ad ſecundum & tertium locum; nam ex hoc colligere poteris, ſi locus ille illis pulſibus, & illi loco illi pulſus congruunt, ac reſolvere, ut

dixi,

dixi, an in ſanguine, an in ſpiritibus &c. morbi ſint. Ad hoc totum bene percipiendum ſex verba Sinenſes notare jubent.

1. *Xam, hiá* ſurſum, deorſum, h.e. in tribus locis ille pulſus repertus an à *Chè* tertio loco aſcendat ad primum locum *Cun Keú* (nam in humido radicali dominatur *Chè* ubi generat *yâm* i. e. calorem primig. qui aſcendit ad primum locum *Cun*) an verò à primo loco *Cun* (ubi dominatur *yâm* i. e. calor primig. & humid. rad. generat deſcendens ad *Chè*) deſcendat; vel ſi unius pulſus in alterius locum irrepat, vel propius evagetur extra ſuum locum.

2. *Taí kin* venire & abire, quomodo videlicet pulſus ab oſſibus & carnibus veniat ad ſuperficiem pellis, (ſpiritus enim ſunt qui faciunt ſubire pulſus) vel abeat & recedat à pelle ad carnem & oſſa aut ſanguinem.

3. *Chi chi* cum videlicet pulſus adveniens tangit manum & recedens quodammodo quieſcit. His bene conſideratis atque aliis, quæ ſupra diximus, morbum reſolvere ejuſque affectiones prædicere poteris. Inprimis verò annotabis diligenter, qualis ille pulſus eſt, & ad quod genus refertur, & quomodo vocatur, qui in locum pro ejus connaturali pulſu irrepſit, ut Medicinam illi congruam & morbo, quem pulſus cauſat, poſſis adhibere, & etiam pugnam inter ſe, quam pulſus ob qualitatem elementorum, quibus ſubditur, rationem habent, meminiſſe te oportet.

De modo medicandi morbis à Medicis Sinenſibus uſitato.

Sciendum eſt primo, Sinenſibus non eſſe uſum mittendi ſanguinis; naturaliter enim ab homicidio & ab omni violenta ſanguinis emiſſione abhorrent, tum quia dicunt ſanguinis calorem nimium aut vim ſubtractione ejuſdem non temperari magis, quam bullientis aquæ fervor temperari ſoleat, ſi partem ſubtraxeris, & non potius injecta frigida aut tepida vim illam temperaris & fregeris; tum ex eo, quod ſanguinis emiſſio minuat potius morbum, quam ſanet, hoc eſt, vires ipſius mali debilitando, quod corpus ex abundantia immixta ſanguini opprimat, ut ita cum ſanguinis deminutione deminutum malum invaleſcere nequeat. Jam verò Medici artem conſiſtere & in extinctione mali, quæ fit in purgatione ſanguinis & ſpirituum congruentium attemperatione. Neque Medici Sinenſes urinam ſervari curant, ut ex illa morbos colligant aut prædicent, quod nihil certi ſe ab illis habere abſque aliarum rerum adminiculo exiſtiment. Chymicam item artem, quæ nobiliſſimas invenit Medicinas, ignorant, quamvis illius alteram partem ad inveſtigandum lapidem philoſophicum, ad aurum & argentum conficiendum ad inſaniam aliqui pro-

sequantur; tamen nonnulli sunt, qui compositiones Medicamentorum quorundam se nosse gloriantur, per quos ad immortalitatem venire inepte præsumunt. Cæterum etiam compositiones Medicamentorum, quibus Europæi utimur, ab Hippocrate, Galeno, Avicenna, aliisque sicut & artem Græcis & Europæis usitatam nesciunt. Ad Chirurgiam quod attinet, habet Sina hujus artis peritos inprimis, quos *Vay kó* appellant, qui vulneribus per emplastra medentur ac pulveres, doloribus item pro lotiones & unctiones. Duo potissimum genera curationis habent, evacuare videlicet vel restaurare, quæ duo maximè naturæ videntur consentanea; utrumque faciunt vel per simplicem herbarum ac Medicinarum, quas habent, in aqua decoctionem (videlicet in certa mensura commiscendo Medicinas usque ad determinatam mensuram diminutionis aquæ:) vel per compositionem pilularum aut pulveris, quam in vino vel aqua calidis vel tepidis sumendam offerunt. Clysteres, cucurbitas, epithemata, unctiones oleorum non adhibent, quia cum extra sunt, minus efficiunt. Atque ut nobilissimum artis inventum uno verbo explicemus, atque qua ratione morbis medeantur & ad naturalem reducant constitutionem, dico: Medicos Sinenses pulsibus tantum mederi: quapropter in sex locis manuum, seu omnibus, seu ex illis aliquo invento pulsu contranaturali in regula (ab antiquo composita simul cum ipsa arte à diluvii penè temporibus) medicandi Medicinam vulgo receptam quærunt, inventam præparant, (ipsi enim Medici sunt simul Apothecarii) & ægroto dant. Si v. g. invenit Medicus Sina in primo loco *Cun Keú* pulsum indebitum v. g. *Keú* in extremis plenum & in medio ruptum, prædicit morbum à sanguinis copia defluente exortum; & si ille inventus pulsus sit in loco primo sinistræ, dicit pectus ægroti laborare aggregatione sanguinis nimii, si autem sit in dextræ, idem pectus laborare crudelissimo dolore. Si in secundo loco sinistræ sit pulsus *Keú* prædicit oculorum obscuritatem & vomitum sanguinis; si in dextræ secundo loco, prædicit intestinorum tumorem. Si in tertio loco seu dextræ seu sinistræ, prædicit ægrotum laborare urinâ purulentâ & sanguinea &c. quæ iste pulsus secum trahit, explanat, absque eo, quod quærat ab aliquo, quid ægro contigerit aut habeat, imò an ægrotus sit ne interrogat quidem. Igitur reperto dicto pulsu *Keú*, ut illi in primo loco *Cun Keú* medeatur, si non recordatur Medicinarum, recurrit ad regulam medicandi, in qua notatæ sunt Medicinæ vulgo receptæ, (quem etiam adjungere animus est, si tempus & occupationes majoris momenti ferant,) & invenit Medicinam seu receptam sub titulo pulsus *Keú* qua uti potest, & præparatam exhibere ægroto, in quocunque loco reperiat pulsum prædictum *Keú* seu dextræ seu sinistræ: quod si verò quàm exactissimè velit mederi, tum si reperit pulsum *Keú* in primo loco *Cun*, (seu dextræ seu sinistræ, non id parum refert, recur-

rit ad librum & invenit receptam sub titulo locus primus *Cun* pulsus *Keú*, & illam præparat, v. g. ex *Si Kió* rhinocerotis cornu & Medicina *ti hoan* terræ faciet potionem, (quæ supremæ parti ubi sanguis est medetur) recepta hujus potionis est sequens. Recipe medicinæ *Semti* pondus duorum scutorum, Medicinæ *hoâm tí* pondus unius scuti & medii, Medicinæ *Koan hen* pondus unius scuti, *Kió si* ex cornu rhinocerotis sex Julios; ex *tay hoan* rhabarbaro quinque Julios; supra relata bene contundes, comminues & permiscebis, atque ex illa tota Medicinarum mole accipies pondus unius scuti, & in aqua duorum calicum bonorum injicies & coques usque quo per ignem unus aquæ calix absumatur, colabis postea & fœcibus ejectis potionem præbebis ægro post cibum sumendam.

Quod si pulsum eundem reperias in eodem loco primo manus, eandem adhibeas Medicinam, aut si pulsum mutatum advertes in alium qui non est connaturalis illi primo loco, secundum urentem annuam tempestatem, similiter procedes, uti in superiori pulsu, usque ad quo restitui sibi & redire connaturalem pulsum animadvertas; hinc quivis facile colliget quomodo Sinæ per Medicinas pulsibus medeantur, ut illos ad statum naturalem & vias suas à quibus sunt, reducant, & restituant, & consequenter morbos seu pulsus, qui illos indicant, eliminent.

Adverte verò rationem victus diversissimam esse ab Europæa, quam ægrotos Medici Sinæ volunt observare, nam parsimoniam cum Medicina sic maxime rigidam præscribunt, sæpe orizæ in aqua coctæ pulmentum tantum vel quoddam simile, quod sit levissimæ digestionis, sufficere dicunt; quod ideò faciunt, ne illæ decoctiones ex herbis, quæ non habent tantam vim movendi, quantam Europæa medicamenta quæ violenter operantur, à cibis suffocentur. Præterea observanda diligenter, quæ præcipit Medicus, & cavendum ab illis quæ prohibet, alias vel mors oritur vel morbus redit. Medicinæ illorum vel potiones sunt, sive pulveres, sive pilulæ, facilè & sine nausea possunt sumi, non uti Europæorum, quæ fastidium & horrorem generant. Ad extremum nota: per dictas Medicinas solvi morbos & hoc vel per sudorem, vel vomitum, vel evacuationem, vel per tepidi inductionem vel per restaurationem spirituum, & qualitatum ignis, aquæ &c.

FINIS.

EXCERPTA
LITERIS
ERUDITI EUROPÆI
IN
CHINA.

Excerpta Literis d. 12. Febr. 1669. ex Canton.

Praxis explorandi pulſus à Sinenſibus, per quatuor mille & amplius annos uſitata.

1.

VOlunt Medicum & ſanum & liberum à curis, jejunum quoque & matutino tempore, quoad fieri poteſt, venire ad ægrum; dein ſcire ægroti ſexum, (nam maſculi in quibus prædominatur calor primigenius in loco primo utriusque manus naturaliter ſemper habent pulſum validiorem, & in tertio loco utriuſque manus debiliorem; contra femina in quibus prædominatur humidum radicale, quas in primo loco convenit habere pulſum debiliorem, in tertio loco validiorem:) in viris etiam ordinarie pulſus ſiniſtræ majores ſunt quam dextræ, ſecus in feminis; item an puer cujus pulſus connaturalis celerior eſt; ſic proceri corporis homo pulſum habet longiorem, quam qui puſilli corporis; agreſtis & groſſus groſſiorem, delicatus delicatum, macilentus tenuem, pinguis magnum, robuſtus exundantem, lætus vacuum, triſtis plenum, excitatus velocem, tardus remiſſum &c. reflectere item volunt Medicum ad locum ſeu clima, in quo natus & educatus, an in Septentrione, an in Auſtro, an in Oriente vel Occidente.

2. Recordari debet Medicus trium locorum in ſiniſtra & trium dextræ manu, quorum locorum pulſus ſint explorandi.

3. Noverit quibus membris & inteſtinis reſpondeant tria dicta loca manus utriuſque; ubi univerſim notandum:

Primo, Sinenſes vitam hominis conſtituere in calore primig. & humid. rad. caloris pulſus ſunt aſcendentes, advenientes, frequentes, magni, pleni, ſolidi, fortes, intenſi, celeres, longi, crebrò acuti, natantes, chordæ extenſæ ſimiles, exundantes &c. ad humidum radicale ſpectant pulſus deſcendentes, abeuntes profundi, cadentes, ſiſtentes, vacui, remiſſi, langudi, tardi, rari, obtuſi, parvi-breves, tenues, ſubtiles, molles, coarctati colligati, &c. Pulſus verò

ad

ad ſex univerſim reducuntur; natantem, frequentem, crebrò-acutum, qui tres ſpectant ad calorem; profundum, tardum, raro-obtuſum, qui ſpectant ad humidum radicale. Cum vero calor naturalis aſcendat, ideò primus locus pulſuum utriuſque manus calori ſubjacet, & vice verſa, cum humidum naturaliter deſcendat, tertius locus manus utriuſque ſubjacet humido radicali: Secundus autem ſeu medius pulſuum locus eſt, qui de utroque æqualiter participat, ſive quodammodo ſibi unit calorem & humidum æquali quadam temperie tam in viris quam in feminis.

Notandum ſecundo, ordinem pulſuum reſpondere ordini partium corporis humani; quod in tres partes diſtribuitur juxta Sinas: prima ſeu ſuprema pars (cui reſpondet primus pulſus utriuſque manus) eſt ea, quæ à capite uſque ad orificium ſtomachi pertingit, continetque & cor & pulmones & cordis involucrum.

Secunda ſeu media pars mediis ſeu ſecundis pulſibus reſpondens, ea dicitur quæ à pectore ad umbilici os pertingit, continetque hepar, fel, & ſtomachum, ſeu ventriculum. Tertia pars tertio pulſui reſpondens ab umbilico ad plantas pedum pertingit, continetque renes ſeu loca, ubi ſeminales ſpiritus reſident, veſicam licet impropriè vocemus, item ureteres, majora & minora inteſtina. Igitur juxta communem ſententiam primus ſiniſtræ locus, quem primum explorant Medici, deſignat conſtitutionem cordis & parvorum inteſtinorum, quæ volunt cum corde habere aliquam affinitatem ſeu connexionem, etſi ad infimam corporis partem ſpectent. Secundus pulſus ſiniſtræ deſignat hepatis, cui fel annectunt, conſtitutionem. Tertius vero deſignat renum & ureterum conſtitutionem. Dextræ locus ſeu pulſus primus pulmones & magna inteſtina denotat. Pulſus ſecundus ſtomachum & ventriculum. Tertius pulſus portam vitæ, (quam inter cor & renes ſupra ureteres aliqui conſtituunt) & tertiam partem corporis. Portam vitæ plerique eſſe dicunt, alterum renum, qui eſt ad dextram. Aliam porro & nonnihil diverſam recentiores Medici rationem ſtatuunt, ſeu membrorum pulſibus correſpondentium ordinem, quam ex textu *nuy kim* libro primæ auctoritatis & vetuſtiſſimæ (quippe annis ante Chriſtum ferè bis mille ſexcentis edito) probare non immerito contendunt. Volunt autem primum ſiniſtræ pulſum indicare cordis duntaxat & hujus involucri ſeu pericardii conſtitutionem. Secundum pulſum hepatis, fellis, diaphragmatis. Tertium pulſum veſicæ ſeu alterius renum, qui à ſiniſtris eſt, ureterum & parvorum inteſtinorum conſtitutionem. Primum autem dextræ pulſum indicare pulmonum & medii pectoris; ſecundum ventriculi ſeu ſtomachi; tertium alterius renum, qui à dextris eſt, ſeu veſicæ & magnorum inteſtinorum conſtitutionem. Atque hi ſunt ſex pulſus, qui indicant ſex membro-

rum præcipuorum, & ſex item, quæ illis annectunt, membrorum minorum ſeu inteſtinorum conſtitutionem, naturam & qualitates. Vocant autem duodecim origines, à quibus 12. viæ partim humidi rad. partim calid. primig. dimanant; ſex quidem à manibus & totidem à pedibus. Cum autem diverſæ naturæ & temperamenti ſint 12. origines, conſequens eſt, ut 12. viæ ab his dimanantes diverſam quoque naturam temperamentumque ſortiantur; nam ſecus ac rivi fontium ſuorum terrarumque (torrentiumque) per quas meant, naturam affectusque participant ac ſecum vehunt Hinc tres proprietates aſſignant humidi rad. videlicet magni, diminuti, defectuoſi. Tres item caloris primigenii, videlicet magni, diminuti, lucido-puri, quarum proprietatum aliquam ſingulis membris & inteſtinis attribuunt. Horum autem ſex origines, à manibus, ſex à pedibus initium ducunt, & ita in loca pulſuum utriuſque manus vias ſuas (quæ 12. ſunt) terminant & abſolvunt. Quarto noſſe debet, quinam membris illis cum inteſtinis debiti ſint pulſus connaturales quovis tempore, quinam contrarii. Ad ſiniſtram ita cordis pulſus naturalis eſt exunduns magnus; & qui diſpergitur contrarius, profundus. Hepatis pulſus eſt chordæ extenſæ ſimilis, contrarius autem natans, rarò-obtuſus. Veſicæ ſeu renibus profundus tribuitur, cui repugnat remiſſus languidus. Ad dextram pulmonibus debetur pulſus natans ſeu exundans & rarò-obtuſus, indebitus eſt exundans magnus. Stomacho remiſſus, languidus, cui contrarius eſt chordæ extenſæ ſimilis, frequens. Portæ vitæ &c. profundus congruit, non item remiſſus languidus.

Quinto debet meminiſſe, ſub qua anni (qui lunaris, eſt, incipitque circa Februarium noſtrum,) tempeſtate exploret pulſum. Nam ſingula membra præter pulſum naturalem & ordinarium modò memoratum habent pulſus qualitatem aliquam omnibus membris communem, in ſingulis anni tempeſtatibus diverſam. Sic in vere quo hepar præcipuè dominatur omnes pulſus omnium membrorum præter ordinarium ſuum de pulſu hepatis habent, & ſunt etiam chordæ extenſæ ſimiles. In æſtate quando cor dominatur, nonnihil exundantes ſunt & magni. In autumno quo pulmones dominantur, natantes. In hyeme, quando renes ſeu veſica dominatur, profundi. In fine autem ſingularum anni tempeſtatum, ſeu poſtremis 18. diebus ſingularum tempeſtatum, ut puta 3. 6. 9. 12. lunari menſe omnes pulſus ſunt nonnihil remiſſi & languidi ſeu participant de pulſu ſtomachi, qui illis temporibus præcipuè dominatur, ſive effectus ſuos exerit.

Sexto reflectunt Medici ad indicia, quæ per animi paſſiones aut per ſenſus innoteſcunt ex coloribus, ſonis, ſaporibus, liquoribus, odoribus, ſomniis &c. ad quæ explicanda ſingularis tractatus requiritur, erunt haud dubiè cum noſtris Medicorum indiciis communia. Ita ad cor dicunt referri odores; ad pul-

mo-

mones, voces; ad stomachum sapores; ad hepar colores: ad renes seu vesicam liquores, etsi deinde singulis membris proprium, quem produnt, colorem, vocem, sapores, odores, liquores attribuunt.

Septimò. Singularis cujuslibet loci pulsum indagant in superficie, medio, & profundo, unde & mensuram gravitatis & levitatis pulsibus assignant, profundiori gravitatem majorem, superficiei minorem cum sua proportione attribuentes. Volunt ex hoc etiam Medicum colligere, an morbus sit extra, an in medio, an in interiori; admovent igitur v. g. in primo sinistræ loco leniter digitum (indicem) ad cutis superficiem; si forte malum duntaxat ab extrinseca causa ortum sit in cute aut carnibus: deindè pressiùs digitum eundem admovent dicto pulsui, si forte malum sit in sanguine & nervis: tandem fortiùs apprimunt digitum ad ipsa ossa, si forte malum sit radicatum & à spiritibus malignioribus læsum: & eadem ratione reliquos pulsus explorant; unde sequitur novem pulsus in sinistra & totidem in dextra explorandos, sive tres pulsus singulos tripliciter h. e. in superficie, medio & profundo.

Octavò. Diligenter observari volunt Medici mensuram temporis in pulsuum numero: ut hoc intelligatur sciendum: Sinenses supponere circularem motum vitæ humanæ cœlesti esse quam simillimum, & quemadmodum spatio 24. horarum diei & noctis integra fit cœlorum per 50. domos (uti vocant) conversio: ita volunt circulationem sanguinis & spirituum & in his caloris primig. & humid. rad. absolvi. Sanguinem in medio venarum ponunt, spiritus circum in superficie sanguinis; mensuram verò temporis hujus circulationis desumunt ab eo, quod est principuum & finis vitæ. Scilicet à spirationibus hominis sani, quæ per totum illum circuitum 24. horarum numerantur 13500. Singulis autem spirationibus juxta illos, calor & humidum mediantibus spiritibus & calore & sanguine seu humido promoventur in corpore humano ad spatium sex articulorum digitalium; unde concludunt, quod eo spatio, quo 13500. spirationes fiunt, sanguinis & spirituum circuitus spatium 810. mensurarum (*Châm*) quarum singulæ respondent duabus nostris Orgyis, conficiat & absolvat in homine sano. Uti verò spatio unius spirationis (quæ constat exspiratione & introspiratione seu Systole & Diastole,) spiritus & sanguis ad sex digitos promoventur: ita dicunt eodem illo unicæ spirationis tempore, in quovis homine sano (puerulos excipiunt) quatuor tantum aut quinque pulsus in venis existere. Cur autem quinque etiam pulsus assignent tempori unius spirationis, ex eo fit, quod uti intra tertium circiter annum datur annus bisextilis seu intercalaris; ita spirationem quoque extensiorem seu productiorem intercedere autumant, quod in ægris facile est deprehendere, ubi vel pausa vel altiùs subindè spiratio quodammodo revocatur, & vocatur

tu

tú hé h. e. magna spiratio. Itaque uti spatio 24. horarum spirationes in homine sano tantum 13500. ita pulsus non plures sunt 6500. nec pauciores 54000. & sic adæquari dicunt inter se pulsuum motum cum motu cœlorum ac circuitu. Quod si pulsuum circuitus & numerus aut deficit à supradicto regulari numero aut illum excedit i. e. si tardi & pauciores sint vel celeriores & plures numero assignato, malè habere homines affirmant, utpote cujus motus seu circulatio cum calorum motu non commensuratur seu irregulariter sese habet. Itaque explorans pulsum diligenter exploret mensuram temporis h. e. examinet, an in mora unius suæ spirationis 4 vel 5. pulsuum ictus in ægro percipiat; hi enim sano homini sunt naturales. Unde si per spatium 9. spirationum in singulis pulsuum locis exploret ictus 49. aut 50. continuatos seu non interruptos, bene se habere hominem colliget; observato dein numero illo pulsuum, videndum si sint connaturales & tempori & singulorum membrorum naturæ & qualitati elementari; an sint pulsus irreptitii in locum sibi non debitum, in quem locum & à quo irrepant, & qui irrepere solent in quatuor vel quinque anni tempestatibus, quos morbos indicent, quo vitio laborent, an vacui, an repletionis an defectu vel excessu humidi vel caloris &c. ut scilicet per evacuationem, quæ fit per sudorem; vel vomitum; vel per restaurationem, quæ fit per tepidi inductionem vel spirituum restaurationem, medeantur pulsibus, sive eos ad naturalem suum statum reducant; ad quod equidem (ut hoc obiter addam) plerumque parsimoniam rigidam præscribunt, sæpe orizam in aqua decoctam, pulmentum tantum vel quid simile facillimæ digestionis, ne videlicet decoctiones ex herbis simplicibus ab aliis cibis suffocentur; quod autem plerumque non utantur Medicinis, quæ vim faciunt naturæ, idcircò faciunt, quod censeant naturam ad sui conservationem semper laborare, quam proinde levioribus Medicamentis, ut sunt herbæ simplices &c. sufficiat adjuvare.

His benè præcognitis post morulam vel quietem aliquam accedens ad ægrum Medicus, manu illius sinistrâ in pulvinari repositâ in silentio tribus digitis dextræ tria ægroti loca leniter contingit, & ante omnia medium digitum infra ossis eminentiam ad secundum locum applicat, ad primum locum dein applicat indicem, ad tertium annularem; dein ad dextræ similiter tria loca investiganda sinistræ suæ digitos applicat: quod idem in sui ipsius pulsibus explorandis observandum.

Dixi supra observandum, an pulsus sint connaturales membrorum singulorum naturæ & qualitati elementari: ubi bene notandum: Sinenses ab omni ævo docuisse, dari quinque elementa (an propriè dicantur elementa nec ne, hîc non disputo:) videlicet aquam, ignem, terram, metalla, arbores seu

plan-

plantas. Ordinem verò productionis singulorum sic statuunt, ut dicant ab aqua nasci arbores, ab his ignem, ab hoc terram, à terra metalla, à metallis aquam.

Horum autem elementorum proprietatem aliquam attribuunt membris humanis. Ita à sinistris cordi & parvis intestinis ignis naturam attribuunt eò, quod cor sit coloris rubei, saporis amaricantis & in æstate plus exerat vires suas. Hepati & felli naturam arborum ventorumque ob colorem cæruleum & saporem subacidum, & quod in vere maximè se prodat. Renibus & ureteribus naturam frigidæ aquæ, quod in iis sapor salsuginosus, nec non ater color, & quod in hyeme maxime se prodat. A dextris pulmonibus (quibus saporem adusti & colorem albicantem tribuunt) nec non magnis intestinis sicci metalli naturam & qualitates adscribunt, in autumno præcipuè se manifestantes: stomacho & ventriculo ob saporem dulcem, colorem flavum, humidæ terræ naturam attribuunt.

Portæ vitæ & tertiæ corporis parti naturam ignis ab extrinseco advenientis nec non aquæ adscribunt. Igitur uti certo ordine modò diximus produci elementa, ita in microcosmo aquei, v. g. renes seu vesica communicat qualitates suas hepati arboreo (ut cum ipsis crasè loquamur, hepar cordis igni, cor terreo stomacho &c. Rursus ubi juxta ipsos à metallis destruuntur arbores, ab his terra, ab hac aqua, ab aqua ignis, ab igne metalla: Uti rursus lædi quidem possunt, sed non vinci nec destrui, ab arboribus metalla, neque à terra arbores, nec ab aqua tellus, nec ab igni aqua, nec à metallis ignis; ita dicunt se habere ad invicem membra in producendo, destruendo &c. quod per pulsus innotescit, res exemplo clarior fiet. Proponamus in exemplum viam cordis, quæ in sinistræ manus primo loco detegitur. Si in cordis viæ loco, in quo pulsus connaturalis exundans esse debet, si inquam, in locum illius pulsus hepatis arborei, cum arbores generent ignem, h. e. via hepatis viam cordis dicitur subintrasse vitium vacui, quia per arborum copiam evacuatur ignis & à matre damnum patitur filius; unde dicunt cor lædi à vento; si vero pulsus subintret remissus & lentus stomachi terrei in locum cordis, quia ignis generat terram, seu via cordis viam stomachi, pulsus ille indicat vitium repletionis vel à cibo vel defatigatione, & filius invasit matrem terreis qualitatibus opprimendo cor. Quòd si ex contrario loco profundus pulsus subintret in cordis locum, quia aqua est inimica igni & via renum viæ cordis, indicat vitium latrocinii, & cor invadi ac vinci à renibus, adeoque morbum indicat ex humore & frigore mortalem aut certe periculosissimum; quod si viæ pulmonum pulsus subintret in locum cordis, indicat vitium exiguitatis ex frigore ortum

 &

& hunc pulſum ſuperare poteſt pulſus cordis, ſicut metallum ſuperatur ab igne. Si denique ipſius viæ cordis pulſus connaturalis per intenſionis exceſſum vel remiſſionis defectum laboret, conſervando tamen ſuam ſubſtantiam, indicat vitium rectitudinis, quia à medio recedit, & hic morbus ex vitio rectitudinis ortus à ſe ipſo curatur abſque alio remedio. De aliis membris eodem modo conclude, & in hoc poſtremo præcipua Medicorum cura eſt & induſtria.


Cum infantium morbi ex manuum pulſibus dignoſci nequeant, Medici Sinici illos inprimis attendunt ad vultus apparentiam & colores. Si vultus rubens, indicat cordis indiſpoſitionem. Flavus ſtomachi; cæruleus hepatis; albus pulmonum; ſubniger veſicæ ſeu renum indicat. Ad hæc attendunt ad infantuli ſtatum ſeu complexionem, an macilentus & delicatus, an pinguiculus &c. item ad matris ipſius complexionem; item an infantem peperit nono à conceptu menſe an decimo, nam hic in Sinis eſt ordinarius partus & cenſetur perfectus; imperfectus autem, qui nono à conceptu menſe prodiit. Ad infantulos igitur ſemeſtres & infra, quod attinet, eorum explorant diſpoſitionem applicando ad frontem tres digitos indicem, medium, annularem. Si caput infantuli ad ſiniſtram ſit, applicant dextræ manus digitos, ſi ad dextram ſit, applicant ſiniſtræ manus digitos, ſic ut index ſupremum locum teneat. Si tres digiti ex contactu calorem ſentiant, ſignum eſt à maligno vento infantulum lædi, hinc & nares obtuſæ ſunt & à tuſſi & calore vexatur. Quod ſi tres digiti applicati frigeſcant, ſignum eſt exterius à frigore, interius autem ab alimento lædi: Hinc vomitus & ſolutio alvi nec non calor extra pullulans. Si duo digiti index nimirum & medius duntaxat caleſcant, ſignum eſt, ſupra prædominari calorem infra frigus. Si digitus annularis & medius caleſcant, ſignum eſt à timore & pavore quopiam commotum infantulum. Si index digitus duntaxat caleſcat, denotat in pectoris medio oppletionem quandam & indigeſtionem alimenti. Hæc de verbo ad verbum Sinenſis Auctor circa infantulos ſemeſtres & infrà: ad infantulum verò unius, duorum, trium quatuor & quinque annorum cognoſcendos morbos aliam prorſus adhibent praxin. Oculis enim indagant tria loca ſeu tres articulos potius digiti indicis, & ex coloribus, qui per lineamenta ſe produnt, de infantis recta pravaque conſtitutione judicant. In maſculis igitur explorant digitum ſiniſtræ manus, in femellis dextræ manus; arreptum igitur pueri digitum, (qui index dicitur) nonnihil fricant, ut clariùs appareant venulæ & lineamenta & colores. Si color ſit violaceus, eſt à calore; ſi ruber, à frigore; ſi cæruleus à timore panico & vento; ſi albus à defectu ſanguinis; ſi niger, ſignum eſt malignitatem

rem in medio esse; si flavus à stomacho. Si dicti colores appareant in infimo seu tertio articulo, morbum leviorem indicant & curatu facilem; si in medio, graviorem; si in supremo articulo seu ad extremitatem digiti, mortem vel curatu difficilem denotant. Manuum pulsus præcipue medius unico digito explorantur in pueris quinquennium circiter excedentibus. Si tempore spirationis unius sex pulsus numerentur, denotant rectam constitutionem; si septem vel octo, denotant calorem excedere; si quatuor aut quinque pulsus, frigoris excessum designant. Atque hæc sunt quæ ad dignoscendos puerorum morbos Sinenses etiam afferunt.

Excerpta literis d. 20. Octobris 1669. ex quam Cheu Metropoli Provinciæ quàm tum.

QUærit à me D. V. utrum Sinenses habeant claram demonstrationem circulationis sanguinis in Europa tam ventilatæ? Respondeo: hactenus me in libris perpaucis, quos, legi, non invenisse. Cæterum supponunt Sinenses eam tam certam esse, quemadmodum certum habent motum & cursum cœlorum, cui utique hominem microcosmum conformari omnino credunt, adeoque rationes alios philosophicas ulterius non examinant.

Paradigma Sinicæ circulationis hîc appono, quæ mihi quidem ridicula, si non monstrosa videtur, sed neque hujus rationem & modum, quo eam intelligi volunt, hactenus indagavi.



NB. 12. horarum seu 24. horarum Europæarum circuitus sanguinis, (qui per mediam lineolam designatur) nec non spirituum (qui extimis lineis designatur) per venas & vias 12. originum, sex inquam membrorum & sex intestinorum perficitur.

Quæ

Quæ dico de circulatione, eadem cenſeo de tribus pulſibus utriusque manus, quos rationibus & argumentis philoſophicis, aut ex anatomiâ à qua ſemper abhorruit China, probare non laborant, & tametſi hominem, ut in hac arte perfectus evadat, requirant ſubtilis & limpidiſſimi ingenii & acuti judicii, nihilominus exiſtimo, veteres Sinas longo uſu & experientia tot ſeculorum hanc de pulſibus ſcientiam aſſecutos, ut nihil dicam de medico codice antiquiſſimo *nuý kim*, cui tanquam oraculo tota Sinarum poſteritas per quatuor annorum millia fidem indubitanter tribuit, e. g. Sinenſes corpus in tres partes ſeu regiones diſtribuunt, ſupremam, mediam, infimam: Supremæ regioni ſupremum utriuſque manus pulſum reſpondere volunt, ac per eum indicari ſtatum morborum qui in illa regione ſunt. Mediæ regioni, medium pulſum. Infimæ infimum ſeu tertium pulſum attribuunt. Rurſus membra quæ locum ſiniſtrum obtinent vel reſpiciunt, per ſiniſtræ quoque manus pulſum dicto ordine connotant, & ſic de reliquis. Ad hæc, diuturno uſu compererunt ſigna exteriora quæ in vultu præcipuè ſe produnt & ſenſibus, cum dictis pulſibus non diſſentire; applicuerunt Medicinas, morbis ita detectis appoſitas, reſpondet eventus optatus, reducto videlicet ad ſtatum ſuum naturalem morbido pulſu; benè habet, nil plus interrogant, nec argumentis à priori deſumtis laborant probare, quam exercent, artem. Quid multa capiat experimentum D. T. & quod cœpit cum patientia & longanimitate in hac Sinicæ artis palæſtra ſe exerceat, & ſpero fore, ut cum gaudio meo intelligam, ſe tandem theſaurum illum reconditum palpantibus digitis inveniſſe.

Excerpta Literis d. 5. *Novembris* 1670.

ex quam tum.

OPeræ pretium duxi breviter & ad verbum tranſcribere quædam ex ipſo fonte, h. e. librorum primo & antiquiſſimo *nuý kim*, quæ de quinque membrorum principalium productione, naturâ, qualitate &c. rudi & craſsâ Minervâ philoſophati ſunt priſci Sinæ, tametſi non ignorem, ea ab Interpretibus Medicis ſano ſenſu ſuo quodammodo exponi, uti à me D. T. à biennio perſcripta ſunt; quæ hic autem parentheſi includuntur mea ſunt aut potius Interpretum: reliqua ad verbum ſunt codicis *nuý kim*, ſic igitur inquit:

1. Ex regione orientali naſcitur ventus, ex vento lignum (ſeu plantæ,) è ligno acor (ſeu ſapor acidus) ab hoc hepar, ab hepate nervi, ab his cor, (ſeu ex ligno ignis uti ab hepate cor,) hepar, uti alio loco dicitur, naſcitur ordine tertium, perficitur ordine octavum. Hepatis ſpiritus prout in cœlo, ſeu prout relationem ducunt ad cœlum (h. e. aërem) eſt ventus, prout in terra eſt lignum,

 prout

prout in ſubſtantia (humani corporis) ſunt nervi, prout in membris eſt hepar, quoad calorem cæruleum eſt, prout agit & movet nervorum uſus & activitas eſt. Ejus foramina ſeu feneſtræ ſunt oculi, ejus ſapor eſt acidus, ejus paſſio ſeu affectio eſt iracundia; iracundia lædit hepar, (at) triſtitia & miſeratio vincit iracundiam, (quia triſtitia pulmonis eſt paſſio, pulmo autem hoſtis eſt hepatis:) ventus lædit nervos, (at) ſiccitas (quæ eſt pulmonis qualitas) vincit ventum. Acor (ſeu ſapor acidus) lædit nervos, (at) acrimonia (ſeu ſapor acris pulmonis proprius) vincit acorem; (ſeu metallum vincit lignum.)

2. Ex regione meridionali naſcitur calor, ex calore ignis, ex igne amarities; (ſeu ſaporis amari res quæpiam:) ab hac naſcitur cor, ab hac naſcitur ſanguis, à ſanguine naſcitur lien, (ſeu ex igne terra,) cor dominatur linguæ, prout in cœlo eſt, eſt calor, prout in terra, ignis; prout in ſubſtantia (corporis humani) eſt pulſus, prout in membris eſt cor, hujus coler ruber, vox ridentis, viciſſitudo & motus eſt triſtitia: (ſi cor plenum eſt ridet, ſi vacuum triſtatur:) ejus feneſtra eſt lingua, ſapor eſt amarities, ejus paſſio eſt lætitia, lætitia (nimia) lædit cor, (at) metus (qui eſt paſſio hoſtilium renum) vincit lætitiam; calor lædit ſpiritus, (at) frigus vincit calorem; amarities lædit ſpiritus, (at) ſalſedo (renum) vincit amaritiem, (ſeu aqua vincit ignem:) cor naſcitur ordine ſecundum, perficitur ordine ſeptimum.

3. E media (inter quatuor) regione naſcitur humiditas, ex hac terra: è terra dulcedo, (ſeu ſapor dulcis) à dulcedine naſcitur lien, (niſi credamus intelligi etiam ſtomachum) ex liene naſcitur caro, ex carne naſcitur pulmo: (ſeu ex terra metallum) lien dominatur ori; prout in cœlo eſt, eſt humiditas, prout in terra, eſt terra, prout in ſubſtantia (ſeu corpore) eſt caro, prout in membris eſt lien. Hujus color eſt flavus, vox cantillantis, feneſtra eſt os, ſapor eſt dulcedo, paſſio eſt multa cogitatio (ſeu meditatio,) cogitatio lædit lienem, (at) iracundia, (paſſio hepatis hoſtilis) vincit cogitationem; humiditas lædit carnem, (at) ventus vincit humiditatem; dulcedo lædit carnem, (at) acor vincit dulcorem (verbo:) lignum vincit terram ſeu hepar lienem vel ſtomachum, lien naſcitur ordine quintus, perficitur ordine decimus.

4. E regione occidentali naſcitur ſiccitas, ab hac naſcitur metallum, à metallo acrimonia (ſeu ſapor acris) ab hac naſcitur pulmo, à pulmone naſcitur cutis & pili, à cute & pilis naſcuntur renes (ſeu à metallo aqua) pulmo dominatur naribus, prout in cœlo eſt (ſeu aërem reſpicit) eſt ſiccitas, prout in terra eſt metallum, prout in ſubſtantia (ſeu corpore) eſt cutis & pili; prout in membris eſt pulmo, Hujus color eſt albicans, vox flentis, feneſtra ſunt nares, ſapor eſt acrimonia, paſſio eſt triſtitia, triſtitia lædit pulmonem, (at) lætitia (cordis hoſtilis paſſio) vincit triſtitiam; calor lædit cutem & pilos, (at) frigus

frigus (renum) vincit calorem; acrimonia (seu res acris saporis) lædit cutem & pilos, (at) amarities (cordis) vincit acrimoniam. Pulmo nascitur ordine quartus, perficitur ordine nonus.

5. E regione boreali nascitur frigus, ex frigore aqua, ex hac salsedo, à salsedine renes, à renibus ossium medulla, ab hac nascitur hepar (seu ab aqua lignum seu plantæ) renes dominantur auribus, prout cœlum respiciunt est frigus, prout terram est aqua, prout in substantia (humana) sunt ossa, prout in membris sunt renes. Horum color est nigricans, vox (& sonus) singultientis, (ejus) fenestræ sunt aures, sapor est salsedo, passio est timor & metus: metus lædit renes, (at) meditatio seu cogitatio (quæ est hostilis lienis & stomachi passio) vincit metum, frigus lædit sanguinem, (at) siccitas (pulmonis) vincit frigus; salsedo lædit sanguinem, (at) dulcedo (stomachi) vincit salsedinem. Renes nascuntur ordine primi, perficiuntur ordine sexti.

Atque hæc est quinque principalium membrorum cum quinque elementis relatio in mutua productione & destructione juxta Sinarum Philosophiam, quæ risum fortè plus movebit Europæo, quam plausum, quandoquidem in eodem libro *nuy kim* tanta & tam crebra indicetur, sympathia & connexio quædam cum corde & parvis intestinis, pulmonis cum majoribus intestinis, mirandum non est, Sinenses Medicos à mille circiter abhinc annis longo usu & experientiâ adductos ita statuisse, ut eorum membrorum affectio bona vel prava in primo loco manuum explorentur prout D. T. alias exposui, etsi addiderim quem ordinem codex *nuy' kim* affert; quare D. T. & Europæorum peritis ingeniis & longæ experientiæ relinquitur, quæ in hoc pars & sententia potissimum sequenda. Mitto D. T. paradigmata nitidius à me scripta, si fortè ea, quæ alias misi, obscura essent, emendatis iis, quæ erant emendanda. Mitto item brevem Elenchum pulsuum vitæ & mortis in singulis morbis, quos si minus novero, Sinicâ phrasi, ut possum, explico. Atque hæc, ut puto, sufficient hoc anno donec clariorem aliquam notitiam nactus fuero & donec intellexero, quo pacto hæc arrideant D. T. & an aliquod hujus studii pretium & fructus resultet. Expecto à D. T. quid circa circulationem hanc sibi videatur, an ex Vesalii aliorumque recentiorum anatomia compererit, an fundamentum aliquod hujus tam antiquæ circulationis Sinæ habuerint, an verò merè fuerit imaginaria; quod si non sit imaginaria, optarem ejus habere claram delineationem & demonstrationem, ut ipsis Sinensibus cum ipsorum voluptate exhibeam.

Pulsus

Pulsus benè & malè ominati, seu vitæ & mortis in variis morbis.

IN morbo *yam tó*, seu in quo calor primigenius habet malignitatem & venenum, omnia perturbata sunt in corpore, tristitia oboritur, delirat, fluxum alvi patitur, & hic morbus species est malignæ febris.

In morbo *yn tó*, seu in quo humidum radicale continet malignitatem & venenum, corpus totum gravescit, humeri violenter quodammodo deprimuntur, carnes frigescunt & ventriculus, & hæc est altera species malignæ febris.

In morbo calido *xam han* i. e. malignæ febris, (tertia quædam species est pro varia anni tempestate varia est malignæ febris species) antequam sudat, convenit, habet pulsum caloris; quod si habeat pulsum humidi seu frigidi radicalis, mors sequitur. Post sudorem convenit habere pulsum humidi, nam pulsus caloris tum mortalis est.

In eodem morbo pulsus *hum tá* i. e. exundans magnus, bene ominatus est; pulsus profundus & subtilis male ominatus.

In morbo *teu cum* à capitis dolore sic dicto pulsus natans & crebro-acutus benè ominatus est; brevis & raró-obtusus malè ominatus.

In morbo *fó cham* ventriculi & viscerum, pulsus natans magnus bene ominatus est; vacuus & parvus male ominatus.

In morbo *hiá li* fluxus alvi pulsus profundus, subtilis, & parvus benè ominatus est; natans, magnus & exundans malè ominatus.

In morbo *tien quam* amentiæ & delirii pulsus plenus, solidus & magnus bonus est & vitam spondet; profundus & subtilis malus est seu mortem nuntiat.

In morbo *tú hiue* vomitus sanguinis si pulsus sit profundus & parvus bonus est; si solidus & magnus, malus est.

In morbo *Siaó cô* maximæ sitis & ariditatis si pulsus frequens & magnus, bonus est; si vacuus, debilis & parvus, malus est.

In morbo *xiú ki* (aliter *xiú chum*,) aqueorum spirituum seu tumorum, si pulsus natans & magnus, bonus est; si profundus & subtilis, malus est.

In morbo *hó luon* perturbationis suprà & infrà, ut cum fluxu alvi & vomitu laborat, si pulsus sit natans & exundans, bonus est, si tenuis seu parvus & tardus, malus est.

In morbo *yn men* seu fluxu sanguinis è naribus, si pulsus sit profundus & subtilis, bonus est; si natans & magnus, malus est.

In morbo *Sin tum* si pulsus sit natans & crebro-acutus bonus est; si brevis & raro-obtusus, malus est.

In

In morbo *Chum fum̄* interius penetratorum ventorum, ſi pulſus ſit natans, tardus, bonus eſt, ſi celer & ſolidus, malus eſt.

In morbo *Chuen̄ kiē* ſingultus celerrimi, ſi pulſus ſit natans, crebro-acutus, bonus eſt; ſi brevis, raro-obtuſus, malus eſt.

In morbo *nǒ hiūe* corrupti ſanguinis deſcendentis, ſi pulſus ſit profundus, ſubtilis ſeu debilis, bonus eſt; ſi natans, magnus ſeu plenus malus eſt.

In morbo *ſeú chum̄* natantis tumoris ſi pulſus ſit natans & crebro-acutus bonus eſt; ſi parvus, tenuis & ſubtilis, malus eſt.

In morbo *Chuń nyǒ* interioris malignitatis ſi pulſus ſit intenſus, ſubtilis, bonus eſt; ſi natans magnus, malus eſt.

In morbo *Chum̄ tǒ* interioris veneni, ſi pulſus exundans, magnus, bonus eſt; ſi parvus, ſubtilis, malus eſt.

In morbo *kē* ſeu tuſſis ſi pulſis ſit natans, mollis ſeu debilis, bonus eſt; ſi profundus & cadens, malus eſt.

In morbo *kieú ſiē* diuturni fluxus alvi ſi pulſus ſit parvus, ſubtilis, bonus eſt; ſi natans, exundans, malus eſt.

In morbo *pam̄ ciē* laterum doloris, ſi pulſis ſit natans & crebro-acutus, bonus eſt; ſi intenſus & magnus, malus eſt.

In morbo *Ciē kì* congeſtorum ſpirituum, ſi pulſus ſit trahentis inſtar & intenſus, bonus eſt; ſi vacuus & debilis, malus eſt

In morbo *tō hân* nimii ſudoris, ſi pulſus ſit vacuus, parvus, bonus eſt; ſi intenſus, frequens, malus eſt.

In morbo *kień tú* vomituum ſi pulſus ſit vacuus & ſubtilis, bonus eſt; ſi plenus ſolidus & magnus, malus eſt.

In morbo *Sin̄ Chań* novi partus ſi pulſus ſit remiſſus, profundus, crebrò-acutus, bonus eſt, ſi autem chordæ tenſæ ſimilis & celer, malus eſt.

In morbo *Chań heù gē pim* ſeu caloris poſt partum ſi pulſus ſit remiſſus, crebrò-acutus, bonus eſt; ſi autem chordæ tenſæ ſimilis & celer, malus eſt.

In morbo *xé hiūe*, in quo omnia deperdunt ſanguinem, ſi pulſus ſit profundus, ſubtilis, debilis, bonus eſt; ſi natans, exundans, ſolidus & plenus malus eſt.

In morbo *núy hui̅* interioris vacuitatis ſi pulſus ſit profundus, ſubtilis bonus eſt; ſi natans, magnus, malus eſt.

In morbo *núy xē* interioris oppletionis ſeu oppilationis, ſi pulſus ſit exundans, plenus ſeu ſolidus, bonus eſt, ſi profundus, ſubtilis, malus eſt.

In morbo *núy nái hiū* interioris & exterioris vacuitatis ſi pulſus ſit plenus ſeu ſolidus & crebro-acutus, bonus eſt; ſi profundus & rarus, malus eſt.

In morbo *tŏ xam* læsionis ex lapsu quodam si pulsus sit fortis & intensus, bonus est: si parvus & debilis, malus est.

In morbo *yum eui* purulento ex ulceribus orto, si pulsus sit parvus & remissus, vitam spondet; si frequens & crebro-acutus, malus eventus est.

Excerpta Literis d. 15. *Novemb.* 1670. *ex Canton.*

A Biennio scripsi, quomodo mensura pulsuum apud Sinas desumatur à mensura spirationum sani hominis, sic ut si tempore unius spirationis, (quæ constat systole & diastole,) sunt quatuor aut etiam quinque pulsus, indicent hi bonam hominis constitutionem; si excedant aut deficiant ab illo numero, indicent malè habere. Si, inquiunt, tempore introspirationis unius unicum tantum pulsum, & tempore exspirationis item unicum adverterit, (seu tempore integræ spirationis duos tantum pulsus:) signum est, deficere spiritus & calorem primigenium; si tempore integræ spirationis sint sex pulsus, à calore nimio id oritur; si sint octo & ultra, mortem indicant.

Codex ait: per diem unam & noctem 50. sunt circumvolutiones seu circulationes (sanguinis & spirituum à singulis membris) si deficit ab illo numero jam vitæ cursus extra regulam fertur, adeoque deficit à sibi debito naturæ ordine. Si 50. pulsus sint sine ulla interruptione, indicant quinque membra præcipua, puta, cor, pulmonem, hepar, lienem, renes recipere sibi condebitos spiritus; quod si post 40. pulsus sit interruptio seu pulsus sistens, denotat unum membrorum carere spiritibus, (rationem dant istam,) introspiratio seu attractio aëris spectat ad humidum seu refrigerans, (sicuti exspiratio seu ejectio aëris spectat ad calidum,) ingrediturque omnia membra usque ad renes & infrà: jam autem cum est interruptio seu sistens pulsus post 40. pulsus æquabiles, indicatur aëris attractionem non pervenisse ad renes & ultimum locum, sed tantum usque ad hepar, adeoque renes carere spiritibus & eodem modo loquuntur de reliquis. Si post 30. pulsus est interruptio seu sistens pulsus, indicat duo membra, (puta renes & hepar,) & carere spiritibus. Si post 20. pulsus sit interruptio indicat tria membra, (puta renes, hepar & lienem,) carere spiritibus; si post 10. pulsus sit interruptio seu consistentia pulsus; indicat quinque membra (renes, hepar, lienem, cor, pulmonem) carere spiritibus. Hactenus codex, qui, quæ affert, non probat, nec video, quo pacto probent Interpretes.

Quod autem spectat ad pulsuum interpolationem, hæc habent Sinenses Medici: Post unicum pulsus semel sistens indicat mortem altera die; post duos

ictus

ictus ſiſtens indicat tertio die mortem; poſt tres ſiſtens quarto die mortem; poſt quatuor ſiſtens ſexto die moritur; poſt quinque ictus ſiſtens, quinto & interdum ſeptimo die mortem; poſt ſex ſiſtens, octavo die mortem; poſt ſeptem ictus ſiſtens, nono die mortem; poſt octo ſiſtens, decimo die mortem; poſt novem ſiſtens, decimo vel undecimo mortem; poſt decem ſiſtens initio æſtatis vel veris mortem; poſt undecim ſiſtens initio hyemis vel autumni mortem, poſt 12. vel 13. ictus ſiſtens poſt annum mortem initio autumni, poſt 14. vel 15. ſiſtens initio æſtatis vel hyemis mortem; poſt 20. ictus ſiſtens poſt annum mortem initio autumni; poſt 21. ſiſtens, poſt duos annos mortem; poſt 25. ſiſtens poſt unum vel duos annos mortem initio hyemis; poſt 30. ſiſtens, poſt duos vel tres annos mortem; poſt 35. ſiſtens, poſt tertium annum mortem; poſt 40. ſiſtens, poſt quatuor annos mortem, poſt 50. ſiſtens poſt quinque annos mortem indicat. Pulſus accedentes & recedentes absque interpolatione & quiete ſeu mora ſeu interruptione oſtendunt omnia membra tàm principalia quàm minus principalia habere ſpiritus, adeoque ſe rectè habere.

Prædicta quâ certitudine nitantur, uſus & experientia certius docebit: cæterum juvat hîc addere, quod à paucis menſibus à Medicis didici: Ægrotabat gravi febri ſociorum unus, acciti diverſis temporibus tres Medici pulſum exploraturi, cum urgerentur, ut candidè quod ſentirent effarentur; dixerunt, actum eſſe de vita; quippe pulſum carere radice, & ita contigit, nam poſt ſex dies obdormivit in Domino. Conſului ſupra ea re libros Medicos, quod & quomodo intelligeretur, pulſum carere radice, inveni duplicem modum, quo id explicant: Ex tribus pulſibus inquiunt, utriusque manus, tertius pulſus eſt radix, proximus ſeu medius eſt veluti truncus, primus & ſupremus ſunt rami & folia. Si tertius pulſus caret ſpiritibus, ſeu non apparet, jam caret radice adeoque mors citò ſequitur. Alter modus eſt: Singuli, inquiunt, pulſus habent item triplicem differentiam; exploratus pulſus ſuperficietenus & ad cutem eſt inſtar rami & foliorum; pulſus preſſiori digito exploratus ad carnem & nervos, eſt veluti truncus, exploratus ad oſſa, eſt radicis inſtar. Si ad oſſa exploratus pulſus non apparet nec correſpondeat, ſignum eſt mortis infallibiliter conſecuturæ.

Notandum item quod dicant, pulſus omnes debere habere pro fundamento ſpiritus ſtomachi: cum enim ſtomachi media regio ſit inter ſuperiorem regionem cordis & pulmonis, (quorum adeò pulſus ſunt natantes ſeu undantes,) ut regionem inferiorem hepatis & renum, (quorum pulſus ſunt profundi,) pulſus ſtomachi remiſſus & moderatus ſit oportet, ſeu nec profundus nec natans, ſed medium quid & temperatum inter illa duo, quâ certè moderatione ſuâ remiſſioneque attemperare dicitur reliquos pulſus omnes, uti etiam ſto-

machi pulſus recipit qualitatem pulſuum, quam diverſa anni tempeſtas in diverſis membris cauſat, e. g. in vere, cui ſubjacet hepar, cujus pulſus naturalis eſt tenſæ chordæ ſimilis, in vere, inquam, ſtomachi pulſus ſi ſit remiſſe ſeu nonnihil intenſus, cenſetur eſſe condebitus & connaturalis; ſi multum habeat intenſionis & parum de ſtomachi remiſſione, dicitur morbo hepar laborare; quod ſi ſolummodò ſit intenſus ſine ulla ſtomachi remiſſione ſeu attemperatione, dicitur mori. Sic de æſtate, cui cor ſubjacet; de autumno, cui pulmo; & de hyeme, cui renes ſubjacent, uniformiter loquuntur.

Duos præterea pulſus notant in pedibus, qui, ſi non apparent, certo mortem indicant; unus dicitur *Chum yâm*, eſtque pertinens ad ſtomachum & ad pedis ſuperficiem intra pedis pollicem & exploratur altius aſcendendo ad ipſum os. Alter dicitur *tái hî*, pertinet ad renes, eſtque circa os exſtans ad latus, fertur interius ſupra calcaneum. Hi pulſus in gravi morbo explorari poſſunt, quod ſi alteruter vel uterque non apparet, indicant actum eſſe de vita. Atque hæc pauca pro brevitate temporis occurrebant ſcribenda, ſi forte D. T. aliquid ex his elicere poterit. De morbis, de ſignis externis, de aphoriſmis medicandi generalibus & aliis hujusmodi, qui in libris ſcitu digna repereto, paulatim, ut potero, transſcribam.

Notari quoque volunt accuratè locum pulſus in dextra, qui eſt immediatè, ſeu, ut ajunt, una parte ex decem ante ſecundum ſeu medium locum qui ſpectat ad lienem, vocantque *kí keú* ſeu os ſpirituum, ſtomachi ſcilicet, quos ſpiritus communicatos volunt omnibus membris principalibus (uti ſupra dictum) ab ipſo ſtomacho. Similiter notari volunt locum pulſus in ſiniſtra, qui eſt immediatè ante ſecundum locum ſcilicet hepatis, ſeu quaſi inter primum locum & ſecundum, vocatur *gîn ym* i. e. obviantis hominis, ſeu viarum humidi & calidi occurſus, ſpectatque ad fellis folliculum & ad calorem, (uti ſtomachus ad humidum,) & ut loquuntur, dominatur ſeu regit morbos ab extrinſeco advenientes, uti regit ſtomachus morbos è medio advenientes ſeu ab intrinſeco.

Quæret quiſpiam, cum ſinguli pulſus ſeu manuum ſex loca denotent conſtitutionem membri principalis & minus principalis, cui ſociatur, unde conjici poteſt an malum reſideat in membro principaliori potius, quam in minus principali, & contra? Reſpondent Medici: pulſum in ſuperficie, ſeu qui exploratur ad cutem, indicare ſtatum membri minus principalis, cui prædominatur calor primig. ſeu cujus via devehit calorem; eundem autem pulſum exploratum in ima parte ad oſſa indicare ſtatum membri principalis, cujus via devehit humidum; pulſum verò eundem medium inter ſuperficialem & imam, qui ſemper benè obſervandus, indicare ſtomachi ſpiritus, qui ſeſe inſinuant omnibus

bus membris. Hinc ſtomachum vocant liquidorum & ſolidorum ciborum mare,& conſequenter omnium ſpirituum materiam ac qualitates, ceu alimentum, ubique ſuppeditat. Volunt itaque Medici in ægroto quovis tempore explorari pulſus ejuſdem duo præcipuè loca,videlicet medium & ſupremum, vel medium ac infimum an videlicet membra contineant ſpiritus ſtomachi nec ne? (cum dico ſtomachi intelligi volo ventriculum, nam ſcio poſſim accipi ſtomachum pro ore ventriculi,qui impropriè dicitur ſtomachus.)


Excerpta Literis ſine die & loco.

QUærit à me D.T, clariorem circulationis vitalis deſcriptionem ſibi mitti; feci quod potui; nec hactenus inveni libros aut mappas quæ mihi majorem hâc in re lucem afferent. Mitto interim ſingulorum membrorum tam majorum quam minorum Sinicam delineationem,item viarum à ſingulis membris dimanantium initium & terminum, prout illi quadantenus exprimunt per loca cavitatum, quibus viæ illæ reſpondent, non autem anatomicè more noſtro Europæorum. Ego prout jacet in ipſo *núy kim* librorum antiquiſſimo, quantum per me licuit intelligere, (nam Medici periti copia hic non adeſt,) in ſequenti pagina vias illas exhibeo, quantum, ut puto, ſufficiet, ut rei anatomicæ peritus examinare queat, an revera talis ordo venarum exiſtat; quod ſi compererit,profecto erit quo de Europa triumphet in hoc China, circulationem ſcilicet à ſe inventam à quatuor mille & amplius annis. Interim D. T. ex hoc ordine colligere poterit errores, quos in explanatione 12. illarum viarum jamdudum miſſa inſcius & bona fide perſcripſeram, præcipuè circa locum, à quo viæ illæ procedant,& circa locum ad quem terminentur. Unum præterea aſſecutus ſum ex lectione librorum, quod circulatio illa fiat ſpatio 24. horar. quinquagies, quo tempore fit converſio cœlorum per quinquaginta domos cœleſtes.

Mitto tabulam, quam inter reliquias papyraceas inveni, & ſi erratum ſit in enumeratione loci à quo & loci ad quem, id facile emendabit D. T. visâ tabulâ ſequenti.

Cæterum aveo ſemper ſcire ſenſum & experientiam D. T. circa pulſus & hanc circulationem & ſimilia, & ut præterea clarè perſcribat, quid à me potiſſimum deſideret, an aphoriſmata quædam Sinica Medicorum, an circa morbos aliquos, quid illi ſentiant; acuent hæc animum meum, & calcar ſubjicient alioquin torpenti & frigido, ut me applicem, quod quidem intra Sinas, ubi copia Medicorum eſt etiam Chriſtianorum, fieri cum ſucceſſu meliori poterit.

Circuitus ſanguinis & Spirituum devehentium humidum radicale & calorem primigenium per venas & vias duodecim membrorum ſpatio viginti quatuor horarum, quo tempore quinquagies circumvolvuntur, ſecundum cœlorum per quinquaginta domos converſionem. (Literarum majuſcularum ordo indicat ordinem circuitus ſeu circulationis.)



A. Meditullium corporis, (verum an imaginarium,) à quo initium fieri volunt circulationis versus pulmonem: donec terminetur in hepate, à quo rursum versus pulmonem repetitur circulatio.

B. Pulmonis magni humidi radicalis viâ per semitam fertur ad magna intestina, (cum quibus habet relationem,) unde redit ad os stomachi, subit ad diaphragma & ad propriam sibi viam, inde à pulmonibus collo transversim descendit ad locum, ubi humeri cum brachio junguntur, & interius deinde fertur ante ipsum pericardium, inde rursum descendit interius ad juncturam brachii cum humeris, inde ad locum circiter primum pulsus, ac dein ad locum inter indicem ac pollicem, donec in extremo pollicis desinat. Hujus ramus à junctura, quæ est manum inter & brachium, fertur ad extremitatem indicis, ubi excipitur à via sequenti intestinorum majorum.

C. Majorum intestinorum lucidi caloris via initium ducit, ab extremitate indicis digiti fertur ad flexum, qui est inter indicem & pollicem, inde ascendit inter duos nervos ad extimam partem brachii usque ad cubitum, inde ad extremitatem dorsi & spinæ dorsi initium, & tandem ad capitis radicem, ubi sex species caloris primig. congregantur in via *tŏ mĕ*, de qua infra; unde egrediens descendit ad juncturam gutturis seu colli cum humeris & per semitam, descendit ad pulmonem, inde ad diaphragma, & tandem in propriam intestinorum majorum viam. At verò ramus ejus à loco seu prædicta junctura gutturis cum humeris ascendit ad genas, inter dentes, inde ad os & locum infrà nares seu labium superius & narium latera, ubi excipitur à via sequenti stomachi.

D. Stomachi via lucidi initium ducit circa nares, ad latus intrat magni caloris pulsum propè oculos, unde ad superiorum dentium medium, inde ad os & labia fertur, inde ad genarum partem inferiorem versus guttur, unde rursum ad aurium anteriorem partem pergit, & fere, ubi finiunt capilli: at ejus ramus à loco superiori versus guttur descendit, circuiens guttur, intratque ad juncturam gutturis cum humeris, inde ad diaphragma & ad propriam stomachi viam & per semitam ad lienem sibi affinem; at recta ejus via à loco dicto juncturæ gutturis cum humeris descendit ad mammillas, inde circa umbilicum & paulo infra: ramus autem ejusdem incipiens ab ore inferiori stomachi seu ventriculi, intrat viscera & ventrem & locum infra umbilicum, seu ubi nexus est ventris cum femore, ubi hic ramus cum trunco suo conjungitur, inde descendit ad coxendicem, ac tandem ingreditur pedis convexum, & deinde intra medium pedis digitum se recipit; at ejus ramus in convexo pedis separatur ferturque ad digiti majoris seu pollicis pedalis extremitatem, ubi tandem excipitur à via sequenti lienis.

E. Lie-

E. Lienis via magni humidi initium ducit ab extremitate pollicis pedalis, intrat ad latus articuli secundi, inde progrediens sursum ascendit, per juncturam femoris cum ventre ad ipsum ventrem, & dein ad viam suam lienis & per semitam ad stomachum affinem, hinc ascendit ad diaphragma, pectus & latera & ibidem dissipatur: at ejus ramus jam inde à stomacho separatus à trunco suo ascendit item ad diaphragma, & demum ad cordis medium, ubi excipitur à via sequenti cordis.

F. Cordis via diminuti humidi initium ducit ab ipso corde, egreditur per ejusdem collum seu appendentiam ad diaphragma, & per semitam ad intestina gracilia, quibuscum habet relationem. Ejus ramus ab ipso cordis collo supra tendit ad oculum, rectâ verò viâ cordis rursum ab eodem collo tendit ad pulmonem, & mox reflectit ad latera circa juncturam brachii cum humero, dein post pericardium reflectens tandem intrat brachium ad os extans inferius, ubi junctura manus est cum brachio, inde intrat palmam manus, ac tandem deficit in extremitate parvi digiti, ubi excipitur à via sequenti gracilium intestinorum.

G. Gracilium intestinorum via magni caloris initium ducit à digiti manuum parvi extremitate, inde recta ad os extans inferiùs inter duos nervos ascendit ad locum, ubi cum humero scapula nectitur, inde ad dorsum ipsum, & post mæandros tandem intrat locum, ubi guttur cum humero seu pectore ad latera jungitur, & per semita ad cor affinem suum divertit, postea per guttur reflectit ad diaphragma & stomachum, ac tandem ad viam propriam gracilium intestinorum: ramus autem ejus ex eo ipso loco, ubi guttur cum humero nectitur, ascendit ad genas oculos intra auresque, unde per alterum ramum flectitur ad genas, nares & intra oculos, ubi excipitur à via sequenti ureterum.

H. Ureterum via magni caloris initium ducit ab ipsis oculis ad frontem & per ramum ad ipsum verticem, à quo descendit circa aurium supremam partem; at rectâ viâ à vertice fertur ad cerebrum, unde egrediens redit ad frontem, descendens ad collum & humeros & ipsos lumbos, per semitam divertit ad renes affines sibi, ac dein intrat viâ propriâ ureteres. Ejus ramus ab ipsis lumbis ad nates; alter verò ramus ab ipsis humeris descendens propè spinam dorsi per lienem ad nates unitur cum priori ramo, ac tandem ad latus pedis & digiti parvi terminatur & hîc excipitur à via sequenti renum.

I. Renum via diminuti humidi initium ducit à digiti parvi pedalis parte inferiore, inde ad solum pedis fertur, & tandem lateraliter intrat calcaneum, inde subit interius propè spinam ad renes & per semitam ad ureteres sibi affines, à renibus recta pergit ad hepar, diaphragma & intrat pulmonem,

gut-

guttur & linguam. At ejus ramus à pulmone intrat per ſemitam ad cor & tandem ad pectoris medium ubi excipitur à via ſequenti pericardii ſeu cordis involucri, ut vocant.

K. Pericardii via defectuoſi humidi initium ducit à pectoris medio ad viam ſuam pericardii, hinc deſcendit ad diaphragma & per ſemitam ad tres corporis partes ſeu regiones. Hujus ramus per mæandros juxta pectus fertur ad latera coſtarum propè mammillas, inde ad brachium inter duos nervos deſcendit, intratque palmam manus, ac dein terminat in extremo digiti medii. Alter ramus à palma manus fertur ad parvi digiti, & dein digiti annularis extremitatem ubi excipitur à via ſequenti, quæ dicitur tertiæ ſeu infimæ partis corporis.

L. Tertiæ partis corporis via diminuti caloris initium ducit à digito parvo & annulari ſeu loco medio inter utrumque, deinde circumflectens ad juncturam manus inter duo oſſa aſcendit ad cubitum & extra fertur uſque ad ſcapulas ferè, inde ingreditur ad flexum ſeu juncturam gutturis cum humero, inde ad pericardium, diaphragma, & tandem ad viam ſuam tertiæ partis corporis propriam. Ramus hujus à pericardio ſurſum pergit, ad colli juncturam cum humeris & inde ad aurium poſteriorem partem & genus & caput. At alter ramus ex loco aurium poſteriori jam dicto intrat ipſam aurem & prodit ad partem aurium anteriorem, & præteriens aliam viam diminuti caloris fertur ad ipſos oculos, ubi excipitur à via ſequenti fellis.

M. Fellis via diminuti caloris initium ducit ab oculis ſurſum ad caput aſcendens, inde deſcendens poſt aures ad guttur & humeros; ramus ejus poſt aures prodiens aures intrat, ferturque ad partem anteriorem & ad oculorum locum poſteriorem pergit; inde alius ramus deſcendit ad gutturis initium, inde ad pectoris medium, diaphragma, & per ſemitam ad hepar ſuum affine; tandem ad ipſam ſuam fellis viam, inde flectitur ad latera inferius & circa nates. Hujus verò via recta fertur à gutturis flexu verſus pectus & latera & femora, tandemque ad convexum pedis, donec ad locum inter parvum digitum & annularem terminet: at hujus ramus à convexo pedis manans ad pollicem pedis fertur, ibi circumflectitur & poſt mæandros ſeu flexus aliquot terminatur circa articulum ſecundum ipſius pollicis, quem *Saõ mâo* i. e tres pilos vocant, hic excipitur à via ſequenti hepatis.

N. Hepatis via defectuoſi humidi initium ducit à pollicis pedalis articulo ſecundo ſeu loco trium pilorum, inde ad pedis convexum fertur, inde ad tibias & femur & ad pubem, tandem ad ventrem & viſcera & ſtomachum, & tandem ad propriam hepatis viam per ſemitam deflectens ad fel affine ſuum, inde fertur ad diaphragma, & extenditur ad latera coſtarum, inde rurſus

 ad

ad guttur, faciem & propè oculos, ſupra deinde prodit ſe ad frontem & verticem, ubi communicat cum via extraordinaria *tǒ mě* dicta. Hujus ramus ab oculis intrat genas & flectit ad labia interius: Alius autem ramus jam inde ab ipſo hepate aſcendens ad diaphragma tandem curſum ſuum dirigit ad pulmonem. Atque hic eſt terminus circulationis, quæ rurſus à pulmone orditur curſum ſuum.

Notandum primo ex ſex viis quinque membrorum magis principalium, quibus addunt pericardium, devehi humidum rad. magis aut minùs intenſum; à ſex autem viis membrorum minus principalium devehi calorem primig. magis aut minus intenſum.

2. Viarum humidum devehentium tres ab ipſis membris, ut corde ac pectore ad manus, & totidem à pedibus ad membra derivari ſeu terminari. Viarum verò calorem devehentium tres à capite ad pedes & totidem à manibus ad caput derivari.

3. Vias humidi introrſum plerumque magis ferri & ad partem corporis anteriorem ut pectus, ventrem &c. Contra verò vias caloris extrorſum magis ferri & ad partem corporis poſteriorem, ut dorſum &c.

4. Singulis duodecim viarum aſſignari ſemitam quandam, quâ fertur quodque membrum ad aliud, quo cum habet connexionem ſeu relationem. Lieni autem aſſignant duas ſemitas majorem unam, minorem alteram; ad hæc dantur octo viæ extraordinariæ, quæ à 12. viis habent communicationem, & circulationem intrant.

De octo viis extraordinariis ex eodem Codice *Nuý* Kim̄.

AD circulationem ſpectant quoque octo viæ extraordinariæ *kí kum̄* dictæ, quæ transverſaliter quodammodo recipiunt in ſe 12. viarum ſeu fontium exundantiam quandam, dicuntque eſſe veluti lacunas aut rivulos, in quos derivantur fontium aquæ. Duo inter octo præcipuum locum tenent ſcilicet *tǒ mě* & *giň mě*: quarum delineatio adjecta eſt 12. viis, uti videre eſt.

1. Igitur via extraordinaria dicitur *tǒ mě*, oritur infra ſpinam dorſi, inde aſcendit ad occiput & verticem, ingreditur cerebrum & terminat verſus ſuperiores dentes; vocatur hæc via congregatio caloris primig. & alio nomine mare pulſuum caloris.

2. *Giň mě* oritur ex oppoſita ſeu anteriore parte, infra deflectit circa ventrem & viſcera interius, aſcendit ad guttur & caput, circa oculos terminat; dicitur eſſe congregatio humid. rad. dicitur item mare pulſuum humidi, adeoque,

eoque, ut opinor, ſex pulſus ſeu viæ humidi etiam hanc penetrant; uti ſex pulſus ſeu viæ caloris penetrant præcedentem *tǒ mě* dictam.

3. *Chum̄ mē* oritur propè pubem infrà umbilicum dextrorſum & ſiniſtrorſum aſcendit ad ſtomachum & pectus & ibi diſſipatur; dicitur radix 12. viarum; item mare pulſuum & viarum, item ſanguinis & ſpirituum mare.

4. *Tuí mě* oritur ad latera infrà, ſemel circumcingit corpus cinguli ad inſtar, cingit & includit omnium pulſuum vias.

5. *Jam̄ kiaô mě* oritur ex medio calcanei pedis, inde extra fertur, aſcenditque lateraliter uſque ad os & infra aures; regere dicitur calorem à dextris & ſiniſtris; dicunt eſſe pulſum ſeu viam, unde oritur motus pedis.

6. *Iń kiâo mě* etiam oritur ex calcanei medio, & aſcendit uſque ad pectus & guttur, &, ut aliqui, etiam ipſos oculos; regere dicitur à dextra & leva humidum interiùs.

7. *Jam̄ gueì mě* oritur ex loco, ubi congregatur quodammodo ſeu concurrit omnis calor ſeu caloris viæ, à calcaneo aſcendit ad ventriculum, lienem caput & aures.

8. *Iń gueî mě* oritur è loco, ubi concurſus viarum humidi ab interiori calcaneo aſcendit ad ventrem lateraliter, deinde ad pectus & tandem ad verticis partem anteriorem.

Horum octo viarum nondum comperi exactam deſcriptionem, cæterum & earum pravam aut bonam conſtitutionem, indicant quoque manuum certi pulſus & certi corporis morbi, quibus referendis nunc ſuperſedeo. Quod maxime deſidero eſt ut diſcam à D. T. an & quod ſit fundamentum circulationis Sinenſis: ſi revera ſit, animabor ut quæram & ſuppeditem D. T. quæ in Codice *Nuý kim̄* de Criteriis, de morbis &c. continentur.

Atque hæc eſt brevis & obſcura etiamnum circulationis Sinicæ deſcriptio; quod hactenus accuratior non ſit, ignorantiæ meæ, non bonæ voluntati attribuat D. T. Multa & peregrina verba hîc me latent, adeoque quædam à me omiſſa; ad hæc careo idoneo & perito Medico, quem conſulere queam. Si quid interim majoris lucis reperero, non deſinam indicare. Cæterum defectum meum, ut ſpero, ſupplebit ingenium & ſtudioſa D. T. induſtria, cui ſufficiet noſſe terminum ad quem & à quo ſingularum viarum, ut deinde ex anatomicis libris diſquirat, quo fundamento hæc circulatio à Sinenſibus inventa ſit, quanquam non putem eos accepiſſe eam ſuopte ingenio ac ſtudio, ſed potius per traditionem à poſteris Noëmi, circa quorum tempora hæc cum arte illa nova pulſuum explorandorum conſcripta ſunt, ſi Annalibus eorum fides habenda ſit.

r. ho- Si- m	& Europæarum,	& regularium Spirationum,	contingunt in ſano homine pulſus non plures	nec pauciores,	cum interea per flexus venarum peraguntur certæ menſuræ,			in viis infra aſsignatis,	quæ viæ deprehenduntur in manuum locis,	ad tempus clepſydræ centum quadrantium,		& motum orbicularem domorum cœleſtium,	
=.	Horæ Europææ	Spirationes.	pulſus non plures.	pulſus non pauciores.	Menſuræ *châm*	*chĕ*	*cum*	viæ à fontib. vitæ ſeu membris magis & minus principalibꝰ devehentes calorem primig. & humidũ radicale,	In manibus loca pulſuum, qui conſtitutionem viarum manifeſtant.	Quadrantium ex horologio aqueo. quadr.	min.	Domus cæleſtes ſeu gradus. quad.	min.
3 *irń*	3 & 4	5562½ 1125	2812 2625	2250 4500	33 67	7 5	5 0	Pulmonis via magni humidi à pectore ad manus.	In manûs dextræ primo loco *Cuń Keú*	4 7	10 12	2 4	5 10
4 *maó*	5 & 6	1687½ 2250	8437 11250	6750 9000	101 135	2 0	5 0	Majorum inteſtinorum via lucidi caloris à manibus ad caput.	Ibidem.	12 16	30 40	6 8	17 20
5 *Xiń*	7 & 8	2812½ 3375	14062 16875	11250 13500	168 202	7 5	5 0	Stomachi via lucidi caloris à capite ad pedes.	In manûs dextræ ſecundo locc quoan.	20 25	50	10 12	25 30
6 *Xú*	9 & 10	3937½ 4500	19687 22500	15750 18000	236 270	2 0	5 0	Lienis via magni humidi à pedibus ad cor.	Ibidem.	29 33	10 20	14 16	35 40
7 *ú*	11 & 12	5062½ 5625	25312 28125	20250 22500	303 337	7 —	5 0	Cordis via diminuti humidi ab ipſo corde ad manus.	In manûs ſiniſtræ primo loco *Cuń Keú*	37 41	30 40	18 20	45 50
8 *Vi*	1 & 2	6187½ 6750	30937 33750	24750 27000	371 405	2 0	5 0	Gracilium inteſtinorum via magni caloris à manibus ad caput	Ibidem.	46 50	50	22 25	55
9 *Xiń*	3 & 4	7312½ 7875	36562 39375	29250 31500	438 472	7 5	5 0	Uretrum via magni caloris à capite ad pedes,	In manûs ſiniſtræ tertio loco *Chĕ hiá*	54 58	10 20	27 29	5 10
10 *Yeú*	5 & 6	8437½ 9000	42187 45000	33950 36000	506 540	2 0	5 0	Renum via diminuti humidi à pedibus ad pectus.	Ibidem.	62 66	30 40	31 33	15 20
11 *Siú*	7 & 8	9562½ 10125	47812 50625	38250 40500	573 607	7 5	5 0	Pericardii via diminuti humidi à pectore ad manus.	In manûs dextræ tertio loco *Chĕ hiá*	70 7	50	35 37	25 30
12 *Haí*	9 & 10	10687½ 11250	53437 56250	42756 45000	641 675	2 0	5 0	Tertiæ partis corporis via dimin. caloris à manibus ad caput.	Ibidem.	79 83	10 20	39 41	35 40
1 *Cú*	11 & 12	11812½ 12375	59062 61875	47250 49500	7-8 742	7 5	5 0	Fellis via diminuti caloris à capite ad pedes.	In manus ſiniſtræ ſecundo loco *Quoañ*	87 91	30 40	43 45	45 50
2 *Cheú*	1 & 2	12937½ 13500	64687 67500	51750 54000	776 810	2 0	5 0	Hepatis via diminuti humidi à pedibus ad pulmonem.	Ibidem.	95 100	50	47 50	55

Paradigma I. pulsuum manus dextræ & eorum, quæ huc pertinent.


Primus locus Cuñ dictus respicit pulmonum membrum.	*Secundus locus Quoañ respicit Lienis membrum.*	*Tertius locus Chĕ respicit portam vitæ.*
Elementi metallici siccitas, color albus, gaudet oryza & carne equina, odit frigus, recondit corpus, dominatur aëreis spiritibus, nascitur in ordine quartùm, perficitur in ordine nonùm, & operari incipit.	Elementi terrei tepor, sapor dulcis, color flavus, odit tepida, gaudet tritico & bovina carne, recondit animos, dominatur carnibus, nascitur quintum, perficitur decimum, & operari incipit.	Hæc igni cordis suppetias fert, & concurrit in ordine ad gignendam terram: subjicitur igni qui ab extrinseco advenit, aut per accidens aut violentè ab extrinseca causa: non autem subjicitur igni naturali, cui cor subjicitur, naturam tamen habet aqueam.
Subjicitur occidenti & cœli parti kinen dictæ, liquores digerit in mucum, nares sunt ejus fenestræ, pulsus natans, brevis, rarus, est ei connaturalis: pulsus exundans, magnus & contrarius.	Subjicitur civitatis, ut loquuntur medio, & parti cœli *keú* dictæ, liquores digerit in salivam, os est illius fenestra, pulsus remissus, languidus est ei connaturalis; pulsus chordæ tensæ similis frequens est contrarius.	In masculo conservat integritatem; in fœmina est membranarum involucrum, eundem cum renum sinistro pulsum habet, & quatenus est in dextra idem cum renibus nomen obtinet.
Habet humidi radicalis viam ad manus à pectore; dicitur regere ea, quæ digeruntur & diffunduntur per corpus.	Habet magni humidi radicalis viam à pedibus ad cor, regit horreum.	Simul cum tertia parte corporis perfectorum spirituũ est domus, est & locus originalium spirituum intra & extra.
Si pulmones pleni, somniat arma & bella, si vacui somniat aquea rura & campos, si calidi etiam pellis calet; si frigidi etiam pellis friget, pulmones destructos indicant ariditas corporis & pellis, defluxus capillorum vel erectio, os apertum, spiratio egrediens nec regrediens.	Si plenus sit stomachus, somniat cantum & læta, si vacuus cibum ac potum, rixas ob cibum; si calidus mox pinguescit, si frigidus, indicat parũ cibi habere. Si in ægroto lien destruitur, post 12. dies moritur, indicat id oris frigus, pedum tumor, lumborum calor & fluxus alvi (non percipiẽte ægro) absq; cessatione.	Sicut tertia pars corporis non habet figuram intestini; ita porta vitæ non habet figuram membri. Hinc fit ut Sinenses libri subindè tantum quinque membra principalia recenseant, & quinque minus principalia.
Magnum intestinum est illis adjunctum.	Ejus intestinum dicitur stomachus.	Tertia pars corporis *Sañ ciaõ* dicta est ei loco intestini.
Haberque lucidi caloris primigenii viam à manibus ad caput, ejus destructio est immedicabilis, indicat hanc fluxus alvi continuus.	Habetque puri ac lucidi caloris primigenii viam à capite ad pedes, naturæ item terreæ, dominatur terræ & aquæ, si venter destruitur post 5. vel 9. dies moritur, indicio sunt acutus renum dolor, interior gravedo, impotentia ad se inclinandum labiorum retorsio seu obliqua contortio.	Habetque diminuti caloris primigenii viam naturæ igneæ à manibus ad caput, regere dicitur ea, quæ intro recipiuntur.

Paradigma II. pulsuum manus sinistræ & eorum, quæ huc pertinent.

Primus locus Cun dictus respicit Cordis membrum.	*Secundus locus Quoan respicit* Hepatis membrum.	*Tertius locus Chè respicit* Renum membrum.
Elementi ignei calor, sapor amarulentus, color ruber, gaudet milio & carne ovinâ, odit calorem, recondit spiritus, dominatur sanguini, nascitur secundum, perficitur septimum.	Elementi arborum ventus, sapor acidus, cæruleus, gaudet semine lini & carne gallinarum, odit ventum, recondit animam, dominatur sanguini & nervis, nascitur tertium, perficitur octavum.	Aquæ frigus, sapor salsus, color niger, gaudet fabis & carne suilla, odit siccitatem, recondit generosos spiritus, dominatur ossibus, nascitur primum, perficitur sextum.
Subjicitur austro & parti cœli *Lí* dictæ, liquorem digerit in sudorem, lingua est ejus index, pulsus illius naturalis est, exundans, contrarius est profundus.	Subjicitur orienti & parti cœli *Xin* dictæ, liquorem digeret in lacrymas, oculi sunt ejus fenestræ, pulsus naturalis est chordæ tensæ similis, contrarius est natans, brevis.	Subjicitur Septentrioni & parti cœli *kieù* dictæ, liquores digerit in urinam, aures sunt fenestræ. Pulsus illi naturalis est, profundus & crebro-acutus: contrarius est remissus, languidus.
Habet diminuti humid. rad. viam ad manus à corde: cum est plenum somniat timenda & monstrosa; cum vacuum, somniat flammas, ignes, luces, cum calet, pulsus est solidus, cum friget, subtilis.	Habet defectuosi humid. rad. viam naturæ aëreæ s. ligneæ à pedibus ad pulmonem; cum plenum, somniat sylvas & montes; cum vacuum, subtiles herbas & gramina, cum calet, tristitiam gignit, cum friget, laborat inopiâ spirituum.	Habet diminuti humidi rad. viam naturæ aqueæ à pedibus ad pectus; cum plena est, somniat renes gravescere; cum vacua, somniat se transnatare aquas cum metu, cum calet, alvi fœces & urinæ spissæ sunt & veluti obstructæ; cum friget, evacuantur.
Si cor destruitur, post unum alterumve diem moritur: indicium est, si brachia à tergo æger conversus, oculis suis videat.	Si hepar destruitur, octova die mors, indicat hoc facies cærulea seu livida, oculi profunde introacti, per quos cùm aspicit, non videt homines, sudor instar aquæ prodiens nec cessans.	Si vesica destruitur, quarto vel septimo die mors, indicant hoc dentes arefacti, facies nigrescens, in medio oculi flavus color, renes quasi evulsi, sudor ex se manans instar aquæ.
Parva intestina sunt ejus intestinum seu adjunctum.	Fel est ejus intestinum seu membrum minus principale ei adjunctum.	Ureteres sunt ejus adjunctum.
Habentque à manibus ad caput magni caloris primigenii viam naturæ igneæ. Si ea destruuntur, sexto die moritur; indicant hoc capilli instar stuppæ siccæ erecti & facilè plicatiles, sudor manans nec sistens.	Habetq; à manib⁹ ad caput diminuti caloris primigenii viam, naturæ item arboreæ seu ligneæ. Si fel destruitur, septimo die mors: hoc indicant supercilia in profundum dejecta & deorsum defluentia.	Habentque à capite ad pedes magni caloris primigenii viam naturæ aqueæ.

Paradigma III. septem extrinsecorum pulsuum in tribus locis utriusque manus morbos indicantium &c. dicuntur extrinseci, quia causati à tepido, vel à vento, vel à frigido.


Figura pulsuum.



	1	2	3	4	5	6	7
Pulsus subjecti calori primigenio in sinistra manu apparent & irrepunt velut hospites in dextra.	Pulsus *feú* i. e. natans; hunc percipit digitus deorsum deflectere & ad superficiem abūdare, uti folium ceparum molliter depressum se sursū elevat.	Pulsus *Keu* i.e. in medio ruptus & in extremis plenus est similis natanti, sed quia sine viribus in medio deficit & est vacuus, habet duo capita.	Pulsus *Hiéi*.e. acuto-creber est tactus; qualis fit ab unione rotando decurrēte, etsi rursus palpes locum cadens ictus videtur, & nec ingredi nec egredi.	Pulsus *Xĕ* i. e. plenus & solidus cum elevatur habet excessum: aliqui dicunt eundem esse cum longo.	Pulsus *Hien* i. e. chordæ extensæ similis.	Pulsus *Kién* i. e. intensus excedit, & cum elevatur valde celer est, assimilatur torrentis cursui intento.	Pulsus *Hum* i.e. exundans infra valde magnus est, cum elevatur, excedit.
	Subjicitur elemento metallico, indicat morbum ortum ex pulmonum vento.	Subjicitur igni, indicat deperditi sanguinis fluxum & vacuitatem.	Subjicitur liquoribus, indicat vomitum cui ventus prædominans adversatur.	Subjicitur igni, indicat cordis calorem suffocari.	Subjicit. liquoribus, indicat morbum, ex quo oculi dolent & nervi defatigantur ex celeri motu.	Subjicitur liquoribus, indicat prædominari ventum & ex eo ortum dolorem.	Subjicitur igni, indicat prædominari calorem & ex eo ortum dolorem.
Reperti in manus utriusque locis indicant quod sit v. g. Primo loco *Cuń* dicto.	Sinist. ventus, calor, capitis dolor. Dextr. Guttur adustū, nares opplere.	Sinist. Intrapectus cōgregatio sanguinis. Dextr. Intra pectus cruciatus.	Sinist. Cordis calor, linguæ violentia. Dextr. Pellis & pilorum arefactio	Sinist. Faciei rubor venti generatio. Dextr. Pellis adustio urinæ emittēdæ difficultas.	Sinist. Capitis dolor, cordis suspensio. Dextr. Calor primig. cōdensatus & alligat.	Siuist. Cordis dolor cui frigus adversatur Dextr. Tussis.	Sinistr. Dexr. pectoris & cordis calor & tristitia.
Secundo loco *Quoań* dicto.	Oculorum rubor, perturbatio & dolor. Ventris vacuitas siccitas, sitis.	Ventorum cōfusio vomitus sanguinis. Viscerum seu Intestinorum tumor.	Capitis dolor, oculorum tumor. Narium calor, fœtor oris.	Morbus congregationis spirituum. Cordis dolor.	Morbus cōgregation. spirituum & cibi indigesti. Stomachi destructio & fastidium ingens.	Nervorum motus celerrimi. Stom. dolor & proclivitas ad vomitum.	Ventris perturbatio, vomitus ciborum.
Tertio loco *Chĕ* dicto.	Aurium surditas, obstructus meatus urinæ. Meatus urinæ obstructus.	Loco urinæ puris & sanguinis emissio.	Stomachi debilitas. Renum dolor. Aqua inundaus infimam partem corporis.	Urinæ meatus obstructus. Urinæ emittēndæ difficultas.	Ventriculi dolor, gravedo renum. In vesica ventus.	Aurium surditas. Umbilici contractio & dolor.	Pedum dolor & urinæ meatus obstructus.

Paradigma IV. intrinsecorum octo pulsuum in tribus locis manus utriusque morbos indicantium; intrinseci dicuntur, quia causati vel ab adustarum rerum vel humidarum qualitate, vel ab æstu magno.

Figura pulsuum.



	1	2	3	4	5	6	7	8
Hi pulsus omnes subjecti sunt humido radicali: in dextra præcipuè apparent, irrepunt in sinistram.	Pulsus *Vî* i. e. parvus, ictus ejus est, qui cum quæritur abit, & venit modò, videtur esse, modo non prorsus ita se habet, ac si filum sericum palpes.	Pulsus *Chiñ* i. e. profundus deorsum videtur percipi, sed ubi elevatur non, apparet, prope ossa deprehenditur instar mollis gossypii.	Pulsus *Huoñ* i. e. remissus ex magno & tardo componitur, tardus & lentus est ictus, ad digitum cum accedit, abscedit.	Pulsus *Cŷ* i. e. obtuso-rarus esse infra videtur, sed ubi elevatur non percipitur, initio vacuus in fine plenus similis, videtur ac si quis cultro superficiem arundinis sæpius rodit.	Pulsus *Chî* i. e. tardus, digitus non nisi fortiter applicitus illum reperit, nam est occultior: tardus dicitur, quia unica spiratione tres ictus tantum habet.	Pulsus *Foĭ* i. e cadens diligenter est perquirendus, ad ossium fortem tactum reperitur, est ictus instar demersæ rei & mox emergentis rei.	Pulsus *Yú* i. e. mollis subtilissimus & debilissimus est, cum reperis, mox abiisse videtur & elabenti similis, repentè fallit, plané est ac si tangeres gossypium intra aquam.	Pulsus *Nié* i. e. debilis digitus ab illo sicut à lana levissimo attactu afficitur, ad pellem & carnes, mollissimus, forti factâ impressione evanescit.
	Subjicitur terræ, indicat morbum ortum ex sanguinis corrupti defluxu, item ob excessum humidi tristitiam.	Subjicitur aquæ, indicat morbum ortum ex frigidorum spirituum copiâ.	Subjicitur terræ, indicat calorem & putridum teporem stomachi.	Subjicitur metallis, indicat morbum ex sanguinis defectu & corruptione.	Subjicitur terræ, indicat ex frigore generatos spiritus aëreos.	Subjicitur ligno, indicat venenosorum spirituum congregationem.	Subjicitur aquæ, indicat infimam corporis partem valdè frigere.	Subjicitur metallis, indicat morbum ortum ex vento cum spiritibus colligato.
Reperti in manus utriusque locis indicant, quod sit v. g.								
Primo loco *Cuñ* dicto.	Sinist. cordis frigus vacuum, debilitas. Dext. Vacui frigoris spirituū ascensus.	Sinist. cordis dolor spirituum angustia. Dext. Tussis.	Sinist. Dextr. Humerorum concussio & dolor.	Sinist. Dextr. Cordis & pulmonum vacuitas & debilitas.	Sinist. Dextr. Supremæ partis frigus & vacuitas.	Sinist. Dextr. Congeries spirituum in pectore.	Sinist. Dextr. Vacuitas & debilitas tollens sudorem.	Sinist. Dextr. Spirituum caloris primigenii vacuitas & defectus.
Secundo loco *Quoañ* dicto.	Oculi videtur gignere flores. / Cor & ventriculus opplentur dolore.	Morbus congregationis & spirituum & cibi indigesti. / Spirituū angustiæ cordis dolor.	Spirituum congeries & alligatio lūborum ac ventriculi dolor.	In lateribus ac visceribus oppletio / Aqua in ventre ob cibos non digestos.	In media parte corporis dolor ex frigore.	In intestinis congeries spirituum, oculorum obscuratu.	Spirituum debilitas & tristis iræ dispersio.	Nervi impediti, adeoque ambulatio angusta spirituum.
Tertio loco *Chĕ* dicto.	Impeditur sudor s. sublatur. / Fluxus alvi.	Urina subtilis, renum gravedo.	In vesica vacuitas, in auribus tinnitus.	Fluxus alvi ex frigore. / Ex frigore in intestinis murmur.	Infimæ partis corporis frigus magnum.	Cibi indigesti. / Fluxus alvi.	Ex malignitate frigoris in ossibus tarditas seu stupor.	In pelle dolor & defectus spirituum.

Paradigma V. novem viarum Pulsuum, seu extraordinariorum, per annum subinde regnantium.

Nota novem hos pulsus (juxta aliquos) videri potius novas qualitates prioribus extrinsecis seu intrinsecis pulsibus superaddere, quàm novos pulsus constituere.

Figuræ pulsuum.					
1	2	3	4	5	6
Pulsus *Cham* i. e. longus à calore primigen. etiam pro prio loco egreditur similis hastæ vibratæ.	Pulsus *tuòn* i. e. brevis ab humido radicali deficiens nec pertingens ad locum proprium similis grano oryzæ.	Pulsus *Hiū* i. e. vacuus ab humido radicali cum elevatur non pertingit, similis est fili serici globo.	Pulsus *ǒ* i. e. celer, à calore primigenio.	Pulsus *Kiĕ* i. e. alligatus ab humido radic. est creber & cumulatim veniens & sistens, dein rediens.	Pulsus *tay* i. e. vicarius, ab humido radicali nititur se elevare, sed non potest, violenter se subinde elevat.
Indicat corpus æstuans, turbatum, inquietum & obrepentem somnum.	Indicat trium partium corporis spiritus obstructos & cibos indigestos.	Indicat cordis metum, virium defectum, difficilem respirationem.	Indicat in membris & intestinis congestos spiritus, adeoque motuum obstructionem.	Indicat in stomachi latere spiritus congregatos, pectus oppletum & acri affectum molestia	Indicat spiritus dissipari, membra destrui, mortem vicinam.
7	8	9	Sequētes duas pulsuum figuras addit antiquus codex.		11
Pulsus *Kien* i. e. trahentis ab humido radicali non invenitur nisi valdè premas.	Pulsus *tum* i. e. motus, ab humido radicali cum elevatur, evanescit.	Pulsus *Sý* i. e. subtilis ab humido radicali recedit & venit valdè parvus, videtur ac si gossypiū tāgas.		Pulsus *Tay* i. magnus à calore primigenio.	Pulsus *hú* i. e. frequens à calore primigenio.
Indicat dolorem ossium & spirituum sursum dispersionem, item aquæ & ignis misturam.	Indicat omnia membra manus & pedes affligi, interiora destrui & sanguinem defluere.	Indicat vesicam carere alimento, in medullis frigus, fectum virium defluere & cruciari interiora.		Indicat morbum diffusum ad interiora, calorem primigenium duplicatum & delirium.	Indicat cordis calorem, vomitum, sitim, inquietem.

Paradigma VI. ſedecim monſtroſorum, ſeu mortalium Pulſuum ex antiquis & modernis Codicibus.

Figura pulſuum.


1	2	3	4
Pulſus *Hiâ yerê mĕ* i.e. ranæ ſaltantis pulſus.	Pulſus *yú yú* i. e. piſc s caudæ imotæ pulſus, qui movet digitum ut piſcis natans movet caput immotâ caudâ, redit, deinde ſiſtit.	Pulſus *yeń taõ* i. e. absconditi gladii.	Pulſus *feú lieñ* i. e. verſi floris pulſus, *lieñ* eſt flos in aquâ creſcens, Luſitanicè dicitur golfaon.
Spatio unius ſpirationis nunquam integer apparet, ſemel tantum pulſat.		nica ſpiratione duos ictus tantum dat, apparet & diſparet celeriter uti gladius, qui ſubito vibratur & mox evaneſcit.	Unica ſpiratione ſemel tantum pulſat, initio parvus, poſtea obliquè deſcendit.
Indicat febrem malignam & tertiô die mortem.	Indicat veſicam deſtrui poſt 2. aut 3. dies mortem.	Indicat morbum pulmonũ emittentium ſanguinem	
5	6	7	8
Pulſus *Keḿ Xaḿ ſi* i.e. juſculi natantis pinguedo, ſeu ſicuti juſculum pingue ſurſum ebulliens.	Pulſus *Chám Keù* i. e. calicis orificium.	Pulſus *ciŏ chuí* i. e. avis vel gallinæ roſtro carpentis grana.	Pulſus *Vŏ teû* i.e. domus ſtillicidium cadẽs à tecto.
Unica ſpiratione 12. ictus dat, dein ſiſtit, initio parvus, dein magnus, ſemper tamen debilis.	Unicâ ſpiratione 8. vel. 9. ictus dat, duo capita ſeu labia, ſeu extrema tantum attingit, in medio vacuus.	Unicâ ſpiratione interdum 3. vel 8. vel 9. ictus dat, cum veniunt, ſunt celeres & digitũ pungunt.	Unicâ ſpirat one 3. ictus habet & curſum abrumpit, cum adveniunt pleni ſunt, cum abeunt debiliſſimi.
9	10	11	12
Pulſus *tam̃ xĕ* i. e. projecti lapidis, ſeu ictus, quem facit lapis projectus.	Pulſus *Kiai ſŏ* i. e. ſolutæ chordæ.	Pulſus *Sie Kieú* i. e herbarum ſic dictarum pulſus.	Pulſus *tú non̂* i. e. terræ globulis ſimilis.
Unicâ ſpiratione vel duabus unicum tantum dat ictum.	Multis ſpirationibus unum dat ictum.	Unâ ſpiratione 9. v. 10. dat ictus, deficere comperitur & cum elevatur, impleri.	Unâ ſpiratione 9. à 10. dat ictus, pulſus percipitur plenus & magnus, nec principium habet nec terminum.
13	14	15	16
Pulſus *faú pá* i.e. evertens ac deſtruens. Similis duabus fabis in aqua natantibus.	Pulſus *tá kiĕ* i. e. poli pulſus.	Pulſus *Kiai tŏ* i. e. diſſolventis lumbos, ſimilis motui complicantis aliquid.	Pulſus *tŏ xi* i. e auferens cadaver. ſimilis clavicymbalo, aut chordæ perſonantis ictus intenſo.
Unâ ſpiratione 7. vel 8. habet ictus, cum venit, eſt plenus, cum abit, eſt tardus, poſt horam moritur in delirio febris.	Unâ ſpiratione dat duos ictus, cum venit eſt magnus, cum abit eſt plenus.	Unâ ſpiratione dat 10. ictus, dein ſiſtit, parvus ſine capite, nec poteſt redire.	Unica ſpiratione dat unũ ictum vel tres, nec ſiſtunt, vel 8. & deinde ſiſtunt, cum veniunt crebertimi, cum abeunt, minus celeres ſunt.


Paradigma VII. quo describuntur Pulsus connaturales duodecim viis, (membris inquam & intestinis,) in qualibet anni tempestate.

In quinque anni temporibus.	Pulsus cordis.	Hepatis.	Vesicæ & portæ vitæ.	Pulmonum.	Stomachi.
In vere quando regnat elementum arborum & aëris item hepar.	Chordæ tensæ similis exundans & natans.	Chordæ tensæ similis & longus.	Chordæ tensæ similis, profundus & crebro-acutus.	Chordæ tensæ similis, natans & obtuso-rarus.	Chordæ tensæ similis & remissus.
In æstate quando ignis regnat & cor.	Exundans, magnus & qui mox dispergitur.	Exundans chordę tensæ similis & longus.	Exundans, profundus & crebro-acutus.	Exundans, natans & obtuso-rarus.	Exundans tardus & remissus.
Sub finem cujuslibet annuæ tempestatis, quando terra regnat & stomachus.	Remissus & exundans.	Remissus & chordæ tensæ similis.	Remissus profundus, subtilis & debilis.	Remissus, natans obtuso-rarus.	Remissus magnus & languidus.
In autumno quando metallicum elementum regnat & pulmones.	Natans & exundans.	Natans chordæ tensæ similis & subtilis.	Natans parvus & crebrò-acutus.	Natans brevis obtuso-rarus.	Natans remissus, magnus.
In hyeme, quando aqua regnat in vesica.	Profundus & exundans.	Profundus & chordæ tensæ similis.	Profundus & crebrò-acutus.	Profundus obtuso-rarus.	Profundus remissus.


Paradigma VIII. pulsuum sani, ægroti & moribundi in quatuor anni temporibus.


	Sani,	ægroti,	moribundi.
Pulsus in vere.	Chordæ tensæ similis, moderatus, qualis solet esse motus foliorum arboris.	Si multum de spiritibus & parum de intensione participat, vel contra, instar lanceæ vibratæ apparet, excedens, deficiens est.	Sola intensio sine spiritibus celerrima chordæ similis cum de novo intenditur.
In æstate.	Obliquus vel exundans, moderatus, uti cum rotundus *unio* rediens movetur.	Si multum obliqui aut exundantis habet, & parum de spiritibus stomachi participat (uti cum gallina incedens pedibus pulsat solùm:) excedens est. Si multum de spiritibus & parum de exundanti, deficiens est.	Si solummodo exundans sine spiritibus stomachi sit vel obliquus sit, ac deinde sistens.
In autumno.	Plumæ natanti similis, moderatus, ad instar veli, quo currus operitur.	Si multum de pluma, & parum de spiritibus ventris (ut cum gallus excutit alas:) excedens pulsus est. Si multum de spiritibus & parum de pluma in superficie natante participat, est deficiens.	Si nil de spiritibus habet, & solum quasi plumæ natanti aut fasciæ volanti similis sit.
In hyeme.	Profundus, moderatus, sursùm magnus, deorsum crebro-acutus, debilis instar gallinæ sine interruptione carpentis grana.	Si multum de profundo, & parùm de spiritibus ventris, est excedens; si contrà, est deficiens pulsus.	Si nil habeat spirituum sed pulsus sit similis projecto lapidi, qui redit, vel domus stillicidiis, vel gallinæ carpentis grana ictibus non continuatis, sed interruptis.


pulmones
lien
Stomachus
hepar
parva intestina
fel
magna intestina
ureteres
intestinum rectum




3





S

Pulsus hominis alterius explorandi ratio.




Pulsus proprii explorandi ratio.



Pulmonis Imago.

Pulmo pondus habet trium librarum et totidem Unciarum, sex folia duas auriculas, universim octo folia adjacentia spina dorsi tertio articulo.



Pulmo nascitur ordine quartus perficitur ordine nonus.


7

Pulmonis via magnum humidum vehens terminatur ad manus initium sumens à media regione corporis .



Intestinorum majorum Imago.

Mayus intestinum pontus habet 2 librarum et 12 unciarum longum 2 Orgyas finic: et unum cubitum latum. 4.



Majorum Intestinorum Vi[illegible] [illegible]oris à manibus ad caput.



Stomachi Imago.



Stomachus (aut ut aly lienis) nascitur ordine quintum, perficitur. ordine decimum.

Stomachi [illegible] incedit calores à capite ad pedes.






33 *Lienis via magni humidi à pedibus terminatur ad cor.*



Cordis Imago.




Quinqmembra sunt dependentia à corde, cui subjacent. Cor nascitur ordine secundum, perficitur ordine septimum.

Cordis via diminuti humidi ab ipso corde ad manus.




Intestinorum minorum seu gracilium Imago.



17 Minorum Intestinorum via magni caloris â manibus ad caput.




Ureterum Imago.






19 *Ureterum via magni caloris à capite ad pedes.*



Renum Imago.



Alij renum dextrum nominant portam Vitæ.

Porta vitæ cum renibus nascitur ordine prima, perficitur ordine tertia.

Renū via diminūti, humidi â pedibus ad pectoris medium.

Cavitatūm locas 4 ūtring.



22 *Pericardij ſeu cordis involucri via devehens defectuoſum humidum â pectoris medio terminat ad manus.*




33 Tertia pars seu infima corporis. quæ imagine caret, via diminuti caloris à manibus ad caput.




Folliculi Fellis Imago.



25 *Follis via diminuti caloris à capite ad pedes terminat.*



Cavitatum loca 86. utrinq.



Hepar nascitur ordine tertium, perficitur ordine octavum.

Hepatis via defectusq; humidi â pedibus terminat ad pulmonem.



Præter 12 vias supra dictas assignant præterea octo extraordinarias, quæ itidem servant cursum et circulationem suam cum dictis vijs: duas principales his duabus imaginibus expressas habes:

Tǒ mě seu Tǒ pulsus via extraordinaria.



29 Gin [illegible] via extra[illegible]



Delineatio cavitatum vel locorum pulsuum et trium partium corporis.

Fum fu i.e. ventorum urbs: locus in occipitis parte ima, ubi extrema capilli statum pulmonis indicant.

Feu pe i.e. natans albedo. locus in occipite infra aures.

Ki muen i.e. extremorum porta. locus infra mammillam, prodit originem intestini magni

Ki ken i.e. spirituum os in dextra ante locum Quoan

Ki hai i.e. spirituum mare uno et dimitio infra umbilicum digito distans locus

Quan yuen i.e. limes originum infra umbilicum tribus et dimitio digiti articulo perfecto, rum spirituum recepta culum prodit originem ad vesicam.

Chum yam i.e. penetratio viarum caloris primigenij in pedum superiore parte ab imo et extremo osse tribus digiti articulis distans prodit originem adventum

Ta ki i.e. magna lacuna ad latera pedum supra talum sunt illi pulsus.

Xam ciao i.e. suprema pars corporis à vertice usq. ad os supremum stomachi infra cor et pectus.


Chum ciao i.e. media pars corporis à stomacho ad ventris medium. continent sel Hepar stomachum et ventrem

Hia ciao i.e. infima pars corporis à Ventris inferiore ore ad plandes pedum

Gin ym i.e. hominis obviantis seu viaru humidi radicalis et caloris primigenij occursus in sinistra, prodit originem epatis et fellis.

Tan tien i.e. rubeus ager. locus tribus infra umbilicum digitis.

Tai chum i.e. magna penetratio in ipso plantæ pedis medio Dicitur et porta vitæ, quia cessante illic pulsu moritur æger.



DE
INDICIIS
MORBORUM
Ex
LINGUÆ
Coloribus & Affectionibns.

De indiciis morborum ex linguæ Coloribus & Affectionibus.

TRactatus hic excerptus est ex libro cujusdam Mandarini Medicorum Christiani, (Mandarini titulo insigniuntur hîc præcipuæ notæ Medici,) qui asserebat, non semel sese, non explorato ullo pulsu, ex solis indiciis, quæ in lingua se produnt, dignoscere posse morborum præcipuè verò malignæ febris, vim ac qualitates.

Ad clariorem sequentium intelligentiam supponendum, quod Sinenses Medici docent, quinque colores subjici quinque membris & totidem elementis. Cordis index, ut ajunt, est lingua, quæ & corpus gubernat; ad cor pertinet, seu cordi subjicitur color ruber, pulmonibus albus, hepati cæruleus, stomacho seu ventriculo flavus, vesicæ seu renibus niger. Rubea lingua, inquiunt, respondet australi parti & igni cordis, ideò connaturalis ejus color est rubeus; si cor malignitatem recipit pro quatuor temporum varietate variatur color; lingua non habet *taí* (apud Sinas *taí* dicitur illa materia viscosa seu spuma albicans, plerumque quæ linguæ superficiem tegit & manè potissimum deprehenditur, ac instrumento quopiam, radula dicto, abraditur, viscus hoc loco vocabitur:) sicca est & quasi adusta, quia spiritus maligni sunt exterius; si malignitas sit interius, sputum est alligatum, lingua lævis, spiritus calidi paulatim descendunt ad inferiora; si linguæ *taí* seu viscus sit adusto similis & asper, oritur ex eo, quod calor congregatur in stomacho, unde linguæ viscus tunc flavescit.

Albicans lingua respondet occiduæ parti & metallicæ pulmonum naturæ, oritur ex frigore & aqua, quæ abundat, pulsus magnus est. Codex ait: in lingua si sit viscus rubeus, ager i. e. locus infra umbilicum habet calorem; in stomachi medio est frigus, unde frigidi spiritus incipiunt se diffundere & ingredi interiora.

Flava lingua respondet terreo lieni & ventri; si calor, cum sit magnum aquæ frigus, intro se recipit ad stomachum, colorem efficit subflavum; si stomachus incalescit, magnum intestinum frigescit; si lingua per totum omnino flavescat, signum est stomachi duri & solidi & magni intestini sicci.

Subcærulea lingua respondet orienti & hepati, seu elemento lignorum, oritur ab igne nimio, si color ille est à frigore, morbus est diminuti humidi rad. lingua sicca & os velut adustum à siccitate, sputum non pervenit ad guttur, erumpit calor, æger non fert frigus.

Nigra lingua respondet parti boreali & vesicæ aqueæ seu renibus potius; si lingua nigrescit, signum est caloris intrò recepti, & morbum solidum seu ve-

rum indicat. Codex ait: Omnis morbus calidus & ſimul lingua nigreſcens & os ſiccum, mortem denuntiant. Quia aqua veſicæ ſeu renum ſuperat cordis ignem, pulſus caloris primigenii & humidi radicalis ſunt intenſi, ex ore prodit aër calidus ſeu ſpiritus caloris, labia ſicca ſunt & velut aduſta, è naribus mucus defluit, pedes frigeſcunt, ſi viſcus lævis linguæ inſidet, medicabilis eſt morbus; ſi ſeptem aut octo diebus modicum caloris foras prodit & manus pedesque tepidi ſunt, ſpes eſt diſſolvi poſſe; ſi ſeptem aut octo diebus conſequentibus magnus calor rurſum erumpat, difficilis curatu morbus eſt.



Lingua ſubflava indicat febris mutationem, malignitas propè ingreditur interiora; multum garrit æger, non ſudat, non cogitat de cibo & potu, pectus entit oppletum. Convenit laxare ventrem & diſſipaare malignitates.



Lingua alba abſque viſco & in extremitate flava indicat ſtomachi & lienis vacuitatem & debilitationem, ortam ex frequenti & diuturna ventris ſolutione. Stomachus aptis cibis priſtino vigori reſtituendus.

Lingua



Lingua omnino nigra eſt ab aqua, quatuor partes corporis (manus pedesque) vigeſcunt, dentes firmiter coarctatos tenet; nil ſibi rerum attrahit, aqua vincit ignem, ex decem vix unus evadit; ſi lingua ſit mollior, occurri poteſt morbo per lotiones, ſi poſt lotiones rubeſcat, ſanatur; ſin minus, immedicabilis morbus eſt.



Lingua cum viſco albo, dein flava & rubra indicat morbum ortum à frigore in medio ; id intellige tempore hyemis, nam in vere oritur ab humido, in æſtate ab æſtu ſeu calore, in autumno à ventis. Medicina ſit oportet alia, prout eſt alia atque alia tempeſtas anni.



Linguæ cor (ſeu medium) nigricans, indicat aquam ad ſummum perveniſſe: humid. rad & calorem primig. non diſtingui utpote mixta ; morbus eſt profundus & periculoſus ; ſi pulſus natans ſit & lævis convenit ſudare, ut medearis ; ſi pulſus ſit profundus ſolidus, convenit expurgare ventrem, ſi pulſus ſit profundus ſubtilis ſine viribus, non adhibeas medicinam.



Lingua cinerei albi coloris cum punctis velut florum pictorum & filis nigris, indicat venenum caloris tentare ingredi renes & vesicam. Tertia pars corporis vincit calorem, spiritus prædominantes vagantur. In oculis videtur æger scintillas ignis percipere; paulatim incipit loqui absona & de spectris, oritur ex eo, quod malum sit alligatum; pulsus est frequens & natans. Lotionibus opus est.




Lingua quæ versus radicem habet frustum seu maculam valde rubram, & maculas quasi putridæ carnis seu vermium instar, indicat morbum, cui aqua & ignis nequeunt succurrere. Pectus occlusum & oppletum diu noctuque non quiescit, pulsus est solidus & lævis.



Lingua valde rubra cum maculis, veluti putridæ carnis, indicat à via cordis vinci calorem subintrantem, os & labia instar ignis rubicunda & instar unionum rotunda. Ignis stomachi sursum ascendit, guttur inflatum dolet, convenit expellere calorem lotionibus aquæ limpidæ.


Lingua



Lingua cum lineis nigris indicat diminuti humid. rad. viæ morbum, ſeptimo circiter die labia ſubnigreſcunt, quatuor partes corporis h. e. manus pedesque frigent; ſudor humidi rad. ſe prodit, inteſtina vacua, primi & tertii loci pulſus valdè ſubtiles & remiſſi.




Linguæ cor ſeu medium mortuo-rubrum & cuſpis ſubnigra, indicant diminutim humidum radicale prædominari igni. Cor & renes ſeu veſica ſe mutuò oppugnant, aqua vincit ignem; febris malignæ calor ſub veſperam ingraveſcit, videtur febris quartana at non eſt, non ſiſtit, lingua non eſt ſicca, pulſus eſt frequens & chordæ extenſæ ſimilis.



Linguæ cor ſeu medium ſi ſit nigrum, & extremitas rubea, indicat malignitatem alligatam eſſe in nteriori ejus, dolet ex calore guttur, tertia pars corporis vincit cordis ignem; ſi ſpatio decem & amplius dierum non diſſipatur per medicinas, calor malignus acit, ut multum garriat, pectus dolet.




Lingua omninò rubea indicat morbum in vis magni caloris primigenii, totum corpus dolet, caput turbatur, oculi rotantur, os amarulentum, lingua sicca calor est in interiori, urina rubea & aspera, horret frigus, gaudet calore: si pulsus est exundans magnus, morbus dominatur interius; si pulsus est natantis instar, calor dominatur exterius.



Rubea lingua cum pustulis seu maculis indicat febrem malignam habere magnum calorem, humidum radicale & calorem primigenium inter se mixta confundi, æger horret frigus, dolet capite; pulsus est profundus & cadens.




Lingua alba cum visco lævi indicat malignitatem ingredi interiora, rubeus ager (qui est locus paulo infra umbilicum) habet calorem. In medio pectoris est frigus; dicuntur frigidi spiritus incipere diffundere se & ingredi interiora.




Lingua in radice alba, circa extremitatem vero subrubra cum lineis seu semicirculis interius indicat venenum intrasse cor; ignis malignus & cordis ignis inter se certant, & sibi mutuò resistunt, æger patitur caloris molestias, melancholiam, perturbationem, unde impatiens efficitur, flere nequit, pectus oppletum sentit excrementa sicca.




Lingua quæ in medio habet viscum album & lævem & ad latera flavum & asperùm indicat intestinorum alligatorum morbum; facies paulatim, flavescit; lingua intumescit; ideo cum difficultate loquitur, venter oppletus & tumidus.




Lingua lienis in hunc ferè modum notata est à diminuto humido radicali, ignis sursum ascendit, multum garrit, gaudet cachinnari, non odit frigus, odit calorem, venenum caloris est alligatum cum ipso igne.




Lingua flavescens cum punctis rubeis in extremitate mitar unionum, indicat venenum caloris inrasse intestina, calor quia magnus efficit, ut æger loquatur absona, totum corpus dolet, caput instar montis gravatum, sitit, cor oppletum molestia.



Lingua cum ad latus dextrum habet album colorem, denotat malum ortum ex frigido vento; frigus regit vomitum, tussim; frigidum phlegma alligatum est in pectore, morbus intra carnes est, aqua & phlegma exundant.



Lingua rubra in medio veluti stillæ rubræ indicat diminutum humidum radicale prædominari igni; calor magnus invalescit magis, pectus oppletum videtur, sitit, in latere dolor.




Lingua partim ſub cærulei partim ſubflavi ad latera coloris indicat diminuti caloris & magni humidi radicalis inter ſe pugnam; primo die caput dolet, corpus æſtuat; patitur ſitim & moleſtiam, ſecundò die ignis ingreditur nares, tertio loquitur abſona.




Linguà ſubrubra in medio & in extremitate nigra indicat aquæ vacuitatem & ignis prædominantis ſoliditatem, via veſicæ ſeu renum vincit calorem, ſputum ſiccum, oris ſitis, cordis moleſtia & tædium, cupit vomere, nocte dieque non quieſcit.




Lingua cum producit viſcum album & formam ſerræ & præterea eſt dura non mollis, item ſicca, aſpera absque ullo humore indicat vitæ terminum in proximo eſſe, ſi linguæ cor ad inſtar glaciei friget, actum de vita.



Lingua cum quinque coloribus mixtis inter ſe indicat morbum tenacem multi temporis; item ſpiritus & ſanguinem deſtructũ, aut phthyſi laborat ob phlegmata, aut morbum diuturnum habet in inteſtinis, die nocteque phlegmata & ſanguinem excreat, quinque inteſtina non quieſcunt, ideò morbus periculoſus.



Lingua in cuſpide velut putreſcens & in medio rubra ſine viſco indicat vacuum ignem aſcendiſſe ſuperiora, intra non multum calorem percipit æger, ſed moleſtiam, oritur ab humido evacuante magnum ignem, ideo putredo in lingua quaſi adnaſcitur.



Lingua producens flavum viſcum & in medio lineas nigras quaſi pictas indicat caloris venenum occupare inteſtina, calor pugnat cum pectore, efficitque magnos cruciatus die nocteque, quas venter egerit fæces, ſunt partim albæ, partim caloris rubeæ.


Lingua




Linguæ mutatio in cæruleum, ſubrubeum, nigrum colorem indicat defectuoſi humidi radicalis viæ morbũ; æger loqui non poteſt, lingua eſt quaſi involuta, aures ſurdaſtræ, nil rerum novit; quatuor partes corporis manus pedesque frigore obrigeſcunt, originalis ſeu primigenius calor deſtructus eſt, ideò curari non poteſt hic morbus, tribus infra umbilicum digitis adhibetur à Sinenſibus Uſtio.




Lingua in radice nigra in extremitate rubra indicat aquam ad ſummum quo poteſt perveniſſe locum; morbus dominatur in magno calore, aqua vincit ignem ſi poſt 8. vel 9. dies non eſt mutatio, ſignum eſt mali non terminandi, ventris meatus occluſi; ſitit æger; cor tædio angitur, modicum urinæ emittit.



Lingua cum ad latus ſiniſtrum habet colorem album, indicat ſpiritus habere defectum virium, ex ore ſputum ſemper exit, humidi ſudor per ſe prodit, oritur non rarò ex nimia defatigatione & labore indiſcreto.



Lingua lucido-flava indicat stomachum durum & solidum, ventris meatum occlusum, magnum intestinum siccum, urinam egerit rubram asperamque, morbus exterius non potest clarè cognosci.



Lingua omnino alba absque visco indicat morbum immedicabilem, lingua non potest extendi ultra labia, os & lingua acuminata sunt & subtilia gallinæ instar, item lingua dura est & curta sese recolligens, ex decem vix unus evadit.



Lingua *Sem mâo* producens veluti capillos seu spinas, indicat venenum coloris maligni admodum esse profundum, æger nil sibi rerum attrahit, dentes inter se coarctatos tenet, loquitur absona, meatus inferiores occlusi sunt, si post septem vel octo dies calor non expellitur nec cogitat de cibo ac potu, adhibe lotiones; si pulsus sit natans magnus & habet vires, spes est vitæ, si pulsus non habet vires moritur.




Lingua partim alba, partim flava & rubra, indicat ignem magnum, adeoque aquam destructam seu dissipatam, morbus est intra carnes, die noctéq; æger patitur æstum caloris, si illicò non occurris malo & ejicis calorem, hic intrans interiora efficit magnam sitim & urinam rubram & asperam; si pulsus sit natans, exundans, promittit fausta; si pulsus sit profundus, subtilis, infausta, adhibe lotiones ex melle.



Lingua cum macula obscuro-rubea & punctis hinc inde dispersis indicat venenum transiisse ad intestina, hepar recepit morbum, hepatis ignis per se magnus sursum vagatur, rubet vultus, cor molestia afficitur, sitit, lingua aspera, auris surdastra; loquitur flebiliter, pori sunt interclusi, respiratio difficilis, pectus oppletum.



Lingua in medio flava, circum alba, indicat morbum frigoris in medio, dominatur vomitui, æger tussit, caput gravatur, renes dolent; phlegma alligatum est.



Lingua ſubcærulea indicat viam r[illegible]um de[illegible] veſicæ recepiſſe morbum ortum ex nimia de[illegible] tione, poſt lautas epulas habet cordis moleſtiam, vix cogitat de cibo & potu, frigidus ſudor per ſe manat, eſt morbus menſium æſtivorum.

Nota I. Tractatulus hic ad verbum è Sinico eſt translatus, adeoque ratio terſi & politi ſermonis non habenda, neque placuit apponere, quàm Medicus Sinenſis habet ad ſingula linguæ vitia ſeu ſigna appoſitam medicinam & remedium, quia conſtant herbis aliisque rebus in Europa non cognitis. Cæterum longo uſu & experientia potiùs; quam his regulis regere ſe debet Medicus Europæus.

II. Per ſtomachum in hoc tractatu intelligi debet non ſuperior pars ſive os ventriculi, quod propriè vox illa ſignificat, ſed ipſe ventriculus in quo fit concoctio.

III. Per veſicam intelligi debet non tam veſica, quâ urinâ reconditur, quàm renes, fortaſſis etiam quicquid cum renibus proximè conjunctum eſt, cujuſmodi ſunt meatus ſpermatici &c. imo quodvis humoris vel aquei vel ſeminalis receptaculum, quamvis verbum Sinicum *Xiń* per veſicam hîc expoſitum ſit.

(o)